COMMENTORUM
HAYANORUM
AULÆ ECCLESIASTICÆ
ET HORTI CRVSIANI

AD

OPPUGNATÆ LEGITIMÆ
VOLVNTATIS ET INVASI NOMINIS PROPVGNATIONEM

Inter


DIVERSA IN CAVSA MONASTERIORVM SVMMI PONTIFICIS, CAESARIS, AC PRINCIPVM Indulta, Rescripta & Decisiones judiciales

DISCUSSORUM

A

R.P. IOANNE CRVSIO Societatis Iesu.

TRACTATUS TERTIUS.



COLONIÆ

Apud IODOCVM KALCOVIVM.

ANNO M. DC. LIII.



TRACTATUS
TERTIUS
DE LEGITIMA FACTÆ DISPOSITIONIS VOLUNTATE.



Uandoquidem omnis humanus, Iuridicus & legitimus actus, ut *superiori tractatu* inculcavimus, juxta Bald.*conf.* 316. *n.* 2. *vol.*1. adeoq; & actus alicujus legitimæ concessionis à tribus, potestate, voluntate & modo, maximè verò à duobus istis, potestate & voluntate dependeat, *per text. in c. cum super abbatia. in fin. de off. deleg. in l. cum te & ibi* Bald. *de donat. ante nupt.* Bursat. *conf.* 162. *n.* 10. *vol.* 2. Menoch. *conf.* 103. *n.* 51. *vol.* 1. Vultej *conf.* 21. *num.* 164. *vol.* 3. *Marpurg.* ac *in secundo tractatu nostro* de Summi Pontificis Episcoporumque &c. circa Monasteria conventibus destituta, alijs concedenda *potestate* actum est; ideo nunc *in hoc tractatu tertio* de Summi Pontificis, S.C.M.tis aliorumq; S. R. I. Principum ac Dynastarum *voluntatibus* disquiretur, ostenderturque ab ijs concessiones, & uniones sinceras, & sine ullâ sub: & obreptionum suspicione emanasse; ad quas accedentibus Tribunalis Apostolici ac Regis Christianissimi decisionibus & sententijs jam pridem in rem judicatam transeuntibus, omnis spinosarum litium & controversiarum circuitibus via & aditus præclusus est, ut nihil reliquum sit, quàm ut præviâ sententiarum & decisionum executione, immissi, à sua sanctitate aliisq; Episcopis, accedente S.C.M.tis aliorumq; S. R.I. Principum consensu, in Monasterijs conventu destitutis Societatis nostræ Religiosi substituti fruantur, delectentur; Deoq;, sibi, ac proximorum Saluti, juxta suæ divinæ & apostolicæ vocationis spiritum vacent. *Objectum hujus tractatus quodt*

Has autem Sedis Apostolicæ ac S.C.M.tis, aliorumq; S. R.E. Cardinalium, ac S.R.I. Principum voluntates ut propius intueamur, eas omnium oculis in *quatuor* capitibus subijciam, ita ut *c.* 1. diversa suæ Sanctitatis Brevia, aut diplomata ac S. C.M.tis assignationes ab assertarum sub: & obreptionum suspicione libera ostendam. *Divisio hujus tractatus.*

Tum *reliquis capp.* recitêtur adversus F Romanum documenta, quibus ostenduntur Episcopi ac diversi Principes Dynastæq; in Germania, Societati nostræ aliquot Monasteria conventibus destituta & recuparata, etiam contradicentibus Acatholicis assignasse vel impetrasse. Et quidem *c.* 2. S.C.M.tis, diversorum S.R.I. Principũ Electorũ protestationes referuntur, quibus unanimiter adversus quorundam suorum ad Comitia Ratisponensia deputatorum pro antiquis Ordinibus ad obtinendam à Sanctitate supra recensitarum Unionum & assignationũ Societati factarum rescissionem &c. intercessionales,

a 2 declarant,

declarant, eas sine suo scitu ac voluntate emanasse, ac quomodo de ipsis Electorum Principum legati se purgare studuerint?

Quibus *cap.* 3. diversæ S. Rotæ Romanæ decisiones, quæ hisce annis in favorem Societatis emanarunt, cum Consilio M. Antonij Eugenij ICti Perusini subijciuntur, ac Demum *c.* 4. Christianissimi Regis Galliarum Ludovici XIII. ejusq; Consilij privati Α'ρεστυ (vulgus Arrestum nuncupat) seu sententia pro Societate in causa Unionis Monasterij &c. latâ. Ex quib. patebit, quis fuerit, atq; etiamnum sit in orbe Christiano præcipuorum Monarcharum ac Principum circa Monasteriorum quorundam conventibus destitutorum unionem Societati faciendam sensus ac *voluntas.*

CAP. I.

Diversa Suæ Sanctitatis Brevia, & diplomata, ac S. C. Mtis assignationes ab assertarum sub: & obreptionum suspicione liberantur.

HOc caput in *duas* abit *sectiones*, quarum *priore* suæ Sanctitatis & Cæsaris; *posteriori* ulterior S. C. Mtis voluntas à suspicione sub: & obreptionum liberatur.

SECTIO. I.

Diversa suæ Sanctitatis Brevia & diplomata à sub: & obreptionibus vindicantur.

ASSERUERAM ego *in Astri Eclipsi.* Pontificem ac Sedem Apostolicam pro Ecclesiæ Catholicæ bono & *posse* & *velle*, ut quædam Monasteria Monialium ab alijs independentia & conventibus destituta, multoque tempore ab A catholicis detenta, ac demum fœlicibus S. C. Majestatis armis recuperata, validè & licitè aliis Ecclesiæ Catholicæ usibus ac simul Societati nostræ minimæ deputarentur atque unirentur.

Commentum Hajanum. Cujusmodi unionem & associationem impugnaturus F. Romanus ipsam Summi Pontificis voluntatem pluribus Brevibus, Bullis Apostolicis, quibus aliquot Societati associantur Monasteria conventibus destituta, contestatam, sub: & obreptionis insimulat.

Discutitur. Verùm quod seria & sincera fuerit Summi Pontificis ac Sedis Apostolicæ mens ac voluntas, variæ Unionum Societati factarum literæ contestantur, quibus diversa Monasteria, & quidem N. à Gregorio XIII. anno 1574. Leodiensi: *Eberspergense* à Clemente VIII. anno 1595. Monachiensi; *N.* anno 1601 Græciensi; *Pontis Salutis sive* Heylsprunn ab Urbano VIII anno 1623. VIII. Id Augusti, Spirensi; *Lipstadiense* à Gregorio XV. Anno 1621. 16. Iul. Lipstadiensi; Keppellense anno. 1626. 18. Iul. Sigenensi, atque *Domus Ortembergica* an. 1628. 24. Iul. Wormatiēsi; tum Beselicense 12. Aprilis 1631. & 10.

& 10. Augusti 1637. &c. Hadamariensi Collegiis & Residentiis Societatis Jesu uniuntur atque associantur. Ex quibus aliquot F. Romanus *in horti Confinibus sub allegat*: 461. *n*. 4. *& in aulais* §. *VI. in fin. pag.* 507. recitavit, quas ideo huc non refero, Solum difficultates, quas circa easdem obmovit, seqq. 6. §§. dissolvam.

§. I.

De Monasterio Eberspergensi.

F Romanus *in horti confinibus sub allegat*: 477. *tit. Concordata Germaniæ, n.* 2. *& seqq.* Breve Apostolicum Clementis VIII. pro Monachiensi Collegio datum, conatur ex asserto sub- & obreptionis capite evertere; eò quod *in diplomate Apostolico, in quo Monasterium* Ebersperg *Collegio Monachiensi Societatis Jesu unitur, dicatur desiderari voluntas Pontificis in transferendo, quodq; præsumatur Pontifex Max. ut fons justitiæ nulli velle scienter præjudicare* text. sing. in c. si quando, in fin. de rescript. *& juxta jura notissima, omne rescriptum sub: & obreptitium censeatur.* 1. *si ipsa narrata impetrantis vera non sint.* 2. *Si taceatur id, quo expresso rescriptum vel omnino non, vel non ita facilè esset concedendum.* 3. *Quod si rescriptum plura capita contineat principali negotio connexa, tunc commisso vitio in uno, totum corruat & vicietur.* 4. *Si ea qualitas, cujus intuitu fuit decretum latum non reperiatur adesse.* glos. in c. super literis, de rescript. *Bald.* in c. audientiam eod. tit. in 6. apud *VVerner. Thummermuth* in Schedio Apologetico fol. 78. 79. *Quibus adde* 5. *si princeps rescribat contra proprium cõtractum, præsertim continentem Clausulam irritantem omnia, quæ secus attentari contigerit, nec in scripto derogetur expresse tali cõtractui, nec ulla fiat ejus mẽtio; tunc enim præsumitur obreptitium & censetur inefficax, nullius valoris & dignitatis*, per trad. in c. 4. de rescript. in 6. *Covarr.* lib. 1 Resolut. c. fin. *Menoch.* de arbitr. Judic. casu. 201. *Quod autem nullum est, nullum producit effectum. Cum non entis nullæ sint qualitates nec operationes.* juxta vulgatum. Commenta Hajana.

Iam verò narrata in concessione Clementis *VIII. de Anno* 1585. *vera non esse conatur* F. Romanus inde *ostendere, non quod Ducis Bavariæ fidem & sinceritatem in dubium vocare cupiat, sed quia vel à ministris Cancellariæ obreptum, vel ab ipsis* Patribus Societatis *in chartam relata, & Serenissimo Guilhelmo Duci (ut alias factum) describenda, Romamq; mittenda tradita fuisse, non est incredibile. In iis verò narratis contineri, quod Ebersperga propè sit & extra muros oppidi Monachensis. At Eberspergam esse extra muros oppidi Monacensis, tam clarum est, quam certum & Romam extra muros Monacenses esse. Sed quod dicatur esse prope muros, satis latè dicitur, cum hac ratione pleraq; Monasteria futura sint propè muros alicujus civitatis, &c. Deinde constat, plures Monachos, quàm quinque in monasterio superfuisse. Et quid opus addere illud* CIRCA, *quasi septem aut octo difficulter numerari potuissent,*

4. *Ait, eos monachos licentiosam & scandalosam vitam duxisse, non se habere compertum. Quod autem vix emendationis futura spes fuerit, difficile creditu esse: Poterat enim Monasterium juxta* c.relatum.ne cler. vel Monach. *in suo Ordine reformari, introductis illic ex alio Monasterio Monachis, si illi fuissent incorrigibi-*
NB. *les, quod tamen minimè præsumendi sunt, fuisse. Cum enim universa reliqua Monasteria, diversorum Ordinum in Bavaria hodie religiosam & exemplarem vitam ducant, dubium non est, etiam istud ad meliorem frugem reduci potuisse, ni Monacensis vicinitas obstitisset: tam desperatos enim Monachos non habuit, quin unus ex ipsis Cœnobio suo, Anno 1595. ejectus, Cyriacus Empell dictus, dignus fuerit habitus, qui post triennium, in centesimum tricesimum septimum Abbatem antiquissimi ad Danubium Monasterii VVeltenburg, Ordinis ejusdem, canonicè & unanimiter à conventu eligeretur, cui per annos duodecim ad annum usque 1610. quo vivere desiit, laudabiliter præfuit, prius in suo quoque Eberspergensi Monasterio per triennium & amplius administratorio munere functus*, ut docet Hundius *in sua Metropoli.*

Sub alleg. 477 tit. Concord. Germ. n. 1. 5. *Num fortè manes Monachorum dudum sepultorum (quos certis anni temporibus in hunc usque diem, intempestâ nocte, in dormitorio, quasi à somno excitatos è cellis seu cubiculis cum sensibili strepitu prodire, templi chorum adire, inibique Dei laudes Monastico more decantare, ut ipsorum Societatis IESU patrum fideli relatione didicisse jactat* F. Romanus) *queruntur, monasterium sibi suisq; contra Concordata nationis Germanicæ, adeoque etiam invitis fundatoribus ablatum, & cum Monasterio, Monasticum cantum extinctum fuisse; quibus tamen Papa derogare voluisse non præsumitur; Cum id ipsum non intendat, nisi fuerit servata forma & modus, quibus fieri solet derogatio Concordatorum, ut docet VVames.* consil 255. n. 6. *Hic verò nullius derogationis hujusmodi facta fuit mentio. Nec sufficiet clausula generalis, sed de singulis defectibus debet fieri mentio Bald.* in l. 1. n. 22. vers. unum etiam scias, C. de furt. *Felin.* in c. nonnulli n. 21. vers. quinta conclusio. de rescript. *Gonzal.* ad Reg. de altern. glos. 31. n. 91. & 101. *Chockier.*
NB. in Reg. 8. Cancell. glos. 11. n. 35. *imò nec pontifex possit, si velit, contra Concordata & contractum venire, F. Rom.* ibid. n. 7. 8. 9. *Eadem non modo in Eberspergensi, sed in omnibus quoq; Germaniæ vacantibus & vacaturis similibus Monasteriis sive destituta sint, sive non; locum obtinere vult F. Romanus* d. loc. n. 16.

Discutiuntur. Verum hæc, quæ exadversum afferuntur & obiiciuntur, nullius sunt momenti, si factum ipsorum Monachorum concubinariorum sacrilegum, & vera juris fundamenta attendantur. Nam pontifex usus fuit suo jure atque ex justitia vindicativa Sacrilegos Monachos ibi professos conventu suo expulit aliosque Religiosos substituit, itaque utendo suo jure nemini fecit injuriam, quemadmodum *in tract. 2. in resolut q 6. s. 2. § 22. 23.* est deductum.

Ad assertæ sub- & obreptionis capita respondeo, & quidem ad 1. quod Rescriptum aliquod tunc demum sub- & obreptionis accusari possit, quãdo aliquid supprimitur in narratione, unde concedens futurus esset difficilior, aut

illud

illud omnino non fuisset concessurus; non autem si inde vel facilior juxta Dd. *in l.1.C.si contra jus vel util.publ.c.super literis 20.ubi* Felin.*n.17.c postulasti 27. de Rescript.c.dudum 2. vers.insuper.de elect.* Leonell.*de subrept Rescript.q.5. art.8.* Rot.Rom.*decis.628.n.9.part.2.in recentiss.* vel certè non difficilior esset futurus ad concedendum, aut etiam si modica intervenisset subreptio, quæ videlicet non fuisset fundata in urgente aliqua ratione vel utilitate. Leonell. *d.tract.q.14.a.3.* Hujusmodi enim modica subreptio non sufficeret ad labefactandas Rescripti vires. Menoch.*cons.316.n.9.* Card.Tusch.*lit.M.conclus.239. n.2.* Cravett.*cons.182.n.17.* Deinde, quod requiratur, ut excipiens de sub- & obreptione probet non tantum, quod aliquid in narratione omissum, vel non ita benè narratum fuerit, sed etiam demonstret, quod illud sub- & obreptitiè omissum vel narratum sit, quodque Princeps, si illud ita narratum nec omissum fuisset, non rescripsisset: tum quia qualitas adveniens enti qualificat illud, & in diversa specie reponit *l.quid aliud 86.de V.S. l. qui fundum 12.ff. quemadmodum.servit.amitt.* Gomez. *in §.in personam Inst.de act.n.16.* Hippol. singular. 520.*incip. qualitas.* Cujusmodi qualitas extrinsecè adveniens non præsumitur, sed probari debet. *Menoch.* Rosenthal *de feud c.12 conclus.14.n.13.* Mascard.*2.probat.conclus.766.n.3.c ex parte.de Rescript.ubi* Felin.*n.25.* Dec.*n.13.* tum quia sicut fundans intentionem suam in statuto qualificato, talem qualitatem probare tenetur; ita se fundans in allegatione sub- & obreptionis, eam similiter probare tenebitur, Hieron.Grat. *lib.1.Respons.9.n.37.* Alciat.*lib.5.respons.154.n.7.* Dec.*cons.550.n.4.*

Sub- & obreptio qua censenda.

Ex hisce veris principiis evanescunt, quæ ex adversum de sub- & obreptione Gratiæ Apostolicæ fuere obmota.

Nam *primò* certum est & conceditur, quod pontifici verè sit narratum Monasterium Eberspergense fuisse extra muros civitatis Monachiensis situm.

Narrata justificantur.

Quòd verò asseritur, illud Monasterium tam *propè* muros Monacenses esse, quàm Romam aut quævis alia circum jacentia Monasteria; est hyperbolicum F.Romani commentum. Nam cum notorium sit notorietate facti & ipse F.Romanus *suprad.n.4.* concedat, quod id Monasterium Monachio vicinum sit; quod paucis vel summum sex horis distet; hinc nemo inficias ire poterit, quin illud propè Monachium esse, rectè suæ Sanctitati à Duce Guilhelmo Bavariæ narratum asseveret. Nam ut tradit Card.Paris.*cons.58.n 5. vol.3.* Dictiones *propè & juxta* non tantùm in contiguis, *ut in l adeo §.insula ff.de acquir.rer.dom.* sed etiam in aliis aliqualiter seu *aliquantum* distantibus verificari possunt, *per multa allegata ibid.* Bertachin. *in repert.verb.prope* & Paris. *cit. loc.* Argumentum poterit ex opposito *nimirum* ex longinquo itinere *in l.sum. 4.§ puto ff.de hered.instit.* à Dd. proposito desumi. Unde cum Monasterium *Eberspergense* Monachio non longinquo itinere, sed paucularum & quidem sex duntaxat horarum spatio & intervallo distet, dicendum erit, illud propè

Asserta sub- & obreptio 1. refellitur.

Dictiones prope & juxta.

Mona-

Monachium esse, adeoque F. Romani cavillatio & asserta sub- & obreptio ex voce (*prope*) petita evanescit.

2. Sub & obreptio discutitur. Quod spectat ad *alterum* insimulatæ sub- & obreptionis *caput* ex pluralitate personarum petitum; illud similiter Pontificem in Monachis concubinariis sacrilegis ibi professis, spuriisque prolibus præsentibus expellendis, aliisque substituendis non difficiliorem reddidisset; eò quod quo plures istic fuissent personæ delinquentes, vitaque sua improba ac luxuriosâ alios offendentes, tanto magis Pontificem movissent, ut istinc ex Ecclesia personas istas ad tollendum scandalum amoveret, aliasque substitueret. *arg. Apocal. 2. v. 5. & v. 14. 15.*

Vox circa, examinatur. Additur verò in narratione de personis concubinariis particula *Circa*, non ideo, quasi septem vel octo personæ (quas tamen istic professas & præsentes fuisse, non ostendit F. Romanus) numerari non possint: sed quia quinque circiter istic erant professæ, reliquæ aliunde adscitæ, ut Monachos luxuriosos & concubinarios reformarent, licet frustra. Ex quibus erat Cyriacus Empel, qui propterea in Metropoli Salisburgensi ab Hundio Administrator duntaxat indigitatur, aliqui etiam ex sacrilego Monachorum istorum concubitu spurii nati aderant, qui à sua educatione Vicino Abbatis cubiculo nomen pædotrophii das Kinderstüble impressum apud indigēas eorumque posteros reliquere. Has si volet numerare omnes F. Romanus, magnum numerum conficiet, quo tamen numero Pontifex non territus, sed multo magis accensus fuisset, ut sacrilegis concubinariis inde profligatis locum genti fructum facienti consignaret. Quin & potuisset una alterave persona interea, dum à pontifice unio imperraretur, vita defungi, ut propterea rectè particulâ, circa, fuerit in ejusdem unionis impetratione Dux usus.

3. Sub- & obreptio diluitur. Tertium similiter assertæ sub- & obreptionis caput ex concepta spe emendationis desumptum ex eo refellitur; quod istuc successivè tres ex aliis Monasteriis fuerint acciti Administratores, è quibus ultimus fuit Cyriacus Empel, qui Monasterium istud in suo Ordine reformarent, nihil autem profecerint. Unde motus Dux Guilielmus Bavariæ, suæ Sanctitati supplicavit, ut ad tollendum tam grave viciniæ scandalum, præfatum Monasterium Societati quantumvis reluctanti incorporaretur, quemadmodum ex Serenissimi Ducis Guilhelmi ad Serenissimum Principem Electorem Coloniensem Ernestum literis 19. Febr. 1597. datis, atque à P. Laymanno ex parte recitatis videre est; quas ego, quatenus huc spectant, ex Archivo Electorali Serenissimi Principis Electoris Bavari D. Maximiliani Clementissimè mecum communicatas suæ integritati redono.

Extract.

Eines Sendschreibens deß Durchleuchtigsten / Hochmültesten angedenckens / Herzogen Wilhelms in Bayrn / an seinen Herrn Brudern / auch Hoch-

Hochmülteſten angedenckens / dem Durchleuchtigſten vnd Hochwürdigſten Erneſten Churfürſten vnd Ertzbiſchoffen zu Cölln datirt im 1597. Jahr / den 19. Tag Febr.

Vnd ob ich mir wol ſo wenig vmb das vergangene / als vmb das künfftige (da etwas wolbedechtiges dergleichen fürgehen ſoll) fürchte / welches doch mein oder der Patrum Meynung nie geweſt / auch noch nicht iſt / ohn angeſehen dergleichen Translationen gar nichts newes / wie E. Lieb wol wiſſen / daß ſolches geſchehen / vnd noch geſchehen kan / vnd ohne Zweiffel hinc inde, auch durch andere noch offt geſchehē wird / wie dañ das hieig Gottshauß Schefflern in der dritten vnterſchiedlichen Religioſen, Weichen ſtifften ſelbſt in der andern Hand jetzo iſt / auch wenig Klöſter vnd Stifft im Land / ja vermuthlich im gantzen Reich gefunden werden / welche nicht poſt primam fundationem vel ſemel vel ſæpius ſeyn transferirt, mutirt oder in andere weg applicirt worden / nach Gelegenheit der Zeit vnd Noth / ſo die Geiſtliche vnd weltliche Obrigkeit betrachtet hat / würdē alſo die gute Herzn / oder viel auß jhnen / als jetzige Poſſeſſores der Klöſter vnd Gottshäuſer gar übel beſtehen / wann dergleichen nicht gelten ſolten / vnd würde mancher auß ſeinem Neſt wider weichen müſſen / welches ſie doch für eygen halten / vnd darin ruhig ſitzen / So hab ich doch E. L. vnd männiglich / ſo ſich (neſcio qua de cauſa) bißweilen bald wider die gute Patres perſuadiren laſſen / zu wahrer warhafften information vnd künfftiger Nachrichtung berichten ſollen vnd wollen / was es mit dieſen Sachen für ein Gelegenheit / darauß ſie auch klärlich werden greiffen vnd ſpüren / wie vnverſchambt vnd vermeſſen die böſe Leut ſeyn / welche E. L. ſolchen Vngrund alſo fürtragen dörfften.

Nachmals bitte E. L. wolle es der Warheit zu gutem bedencken vnd erwegen vnd alles im beſten auffnemmen / wie es dann nicht anders gemeynt iſt / vnd damit E. L. doch ein wenig vernehme / wie der Handel beſchaffen / ſo ſollen E. L. wiſſen / daß / ſo viel erſtlich das Geſchrey betrifft / als wolten die Patres durch jhre liſtige Practica (wie es die Detractores neunen) oder doch Jch für ſie noch mehr Klöſter einziehen / daß es ſo wol eins / als anderßhalben ein falſches vnd erdichtes ding iſt / wie ſie dann auch maxima abſurda dabey ſpargiren, ſo ich erſt in Examine erfahren / ſo iſt es der Warheit gantz vnd gar zuwider / vnd der Patrum gewiſſe Vnſchuld lauter vnd klar / dann ich nemlich / vnd für das erſt / zu ſolchem Werck der Translation deß Kloſters Ebersberg / für das Collegium zu München / gar nicht von der Societet erbetten. 1. bewegt oder verurſacht worden 2. ſondern hab ſolches auß mir ſelbſt / auch meiner Räht eines theils fürgeben vnd gutachten nach / auch darumb deſto lieber vorgenommen / weil es daſelbſt zugangen / wie hernach kürtzlich angedeutet wird / vnd als ich ſolches den Patribus fürgehalten / haben ſich gleich alſobald die Superiores dieſer vnſer Provintz (als der P. Provincial mit ſeinen Conſultoribus) bey jhrem General zu Rom hefftig beſchwärt / vnd das Werck widertrieben / dieweil ich mich widerſetzet / vnd ſtäts begehrt / ſie ſollens annemmen / dardurch der gut General gar irt worden / vnd da auff der Patrum vielfaltiges Schreiben vnd widerrathen mich darfür gebetten

vnd solches Kloster kurtz nicht annemmen wollen / Prævidens forte ut prudens vir, daß mans jhnen würde gesegnen/wie dem Hund das Gras/ wie dann allbereits geschicht/vnd als ich solches/ wie auch darneben vernommen / daß er sich an den Papst gehenge/vnd vermeynt/ jhre Heyligkeit sollen mich darvon abweisen/also habe ich zu erhaltung meines Intens auch nicht gefeyret/vnd jhr Heiligkeit geschrieben/vnd gehorsamist gebetten / daß sie wollen dem General, vnd den heraussen Patribus silentium imponirn vnd jhnen schaffen / daß sie mit meinem Fürschlag solten zufrieden seyn / auch darinn willigen / vnd nicht verhindern/wie dann hernach geschehen/also daß sie vngern daran kommen / dann die gute Leute haben wol erfahren/wie viel Nachred sie haben leiden müssen / daß sie für das Collegium zu Ingolstatt/das Kloster Bieburg/welches doch zuvor viel Jahr vacirt gehabt/angenommen/vnd darumb besorgt/wann sie jetzt Ebersperg auch sollen nemmen / welches noch nicht vacirt oder läer gestanden (wie heylloß vnd Gottloß es darinnen zugangen) möchte es jhnen noch ein grösseren Neid vnd Nachred machen/dieweil man jhnen sonst ohne das so wol gewogen/ wie sie es dann nicht hätten angenommen / wann sie es nicht auff deß Papsts Befelch hätten thun müssen.

So halt nicht allein Ich 3. sondern andere fürnehme vnpartheysche vnd verständige Leut / noch gäntzlich darfür / daß es mit Ebersperg ein löbliches gutes Werck gewest / Erstlich von wegen deß schändlichen/ärgerlichen vnd über die massen Gottlosen Lebens / welches die heyllosen Münche viel Jahr zu Ebersperg getrieben / wie dann jhre Heil. vnd mein Commissarius so hochsträffliche vnd schändliche Laster gefunden/vnd so gar/weil sie in dem Kloster gewesen/sich dergleichen mit auß- vnd einsteigen an den Laiteren bey nächtlicher weil verbottene Sachen geübet/daß einem grausset/ der es hört erzehlen/wie sie dann gar verborgene tieffe gruben vnter der Erden oder den Brettern fußbodem gehabt / darin sie jhre Schelmerey geübet vnd verborgen / wie sie dann eines theils die Commissarii selbst darinn (dieweil sie sich daselbst hin versteckt gehabt) gefunden/geschweygens vieler anderer Vnthaten. So ist nicht allein alles Wallfahrten/ welches vor Jahren in diesem Gotteshauß von wegen der Reliquien deß H. Sebastiani viel vnd groß gewesen/gantz vnd gar erloschen/so doch jetzt durch die Patres die kurtze Zeit / vnd da sie es noch nicht recht inhaben / die alte Andacht in demselben Ort widerumb erneweret / wie dann allbereit jetzt mehr die kurtze Zeit beichten/communiciren vnd wallfahrten/ weder vor in vielen Jahren geschehē.

Zu dem hat mich billich auch das bewegt / daß die Patres eben ein gute Zeit her sich nicht wenig / sondern zum höchsten 4. bey diesem Prælaten Stand verdienet gemacht / daß sie jhnen diß elend vnd dissolut Kloster billich wol hetten günnen sollen/dieweil auch fast alle Klöster jhre Religiosos bey den Patribus zu Ingolstatt haben / welche sie in allen Tugenden / Gottesforcht vnd Geschickligkeit mit grosser Sorg/Mühe vnd Arbeit bey Tag vnd Nacht dermassen erziehen vnd trewlich vnderweisen/daß zuhoffen/es sollen alle vnsere Klosterleut im gantzen Land-

gen Land-

gen Land hernach auch / vnd nach jhrem Exempel / auch alle andere Layen vnd gemeine Priester in wenig Jahren also reformirt vnd in einem solchen GOtt vnd der Welt nutzlichen Stand / gericht werden / daß nicht allein die Ordinarii, die Prælaten selbsten / sondern månniglich bekennen mussen / die Patres haben diß vnd ein mehrers vmb die Geistlichen vnd weltlichen wol verdienet / wie dann allbereit auch in Schwaben geschehen / allda ich ohnlångst mehren theil vnd die fürnehmsten Klöster mit meinen selbst augen dermassen reformirt vnd in einem solchen Wohlstand gesehen / daß es einen von hertzen erfrewet / vnd diß wollen gern etliche der Zucht vnd Erbarkeit abholde Leut / E. L. vnd mir erlaiden / Mich hat (wann ich in ein solches wol reformirtes Kloster kommen) gedunckt / ich sehe die rechte alte Ordnung / den alten Eyffer vnd Gottesforcht / wie sie ohn allen Zweiffel anfangs gewest / als sie seynd auffgerichtet worden / vnd in allen Büchern beschrieben seynd / wie dann dieselbe Religiosi, als ich selbst von jhnen verstanden / solche Reformation vnd Verbesserung nach Gott niemand andern zuschreiben / dann eben den Patribus, vnd sonderlich dem Collegio zu Dillingen. Dergleichen haben wir nun nicht wenig zu hoffen vnd zu gewarten / wann wir vns nur nicht selbst wollen vor dem Liecht stehen.

So kan man die Patres Societatis J. auch darumb mit Warheit nicht bezüchtigen / daß sie geitzig sich bereichen wollen / auch den Panckettiren vnd Wollüsten außwarten / dann hat man die vorige Gottlose Jnhaber eines theils / da derselben kaum zehen gewest / vnd noch vnsågliche grosse Schulden darzu gemacht / solches nicht gestehen / deß man doch wol Vrsach gehabt håtte / wie will man dann solches jetzt die guten Patres zeihen / deren über 70. darvon leben werden müssen. Man kan noch bißhero alles Einkommen / wie ich höre / über 7000. fl. nicht wol bringẽ / welches so viel Leut / vnd solche arbeitsame Leut / gar wol werdẽ bedörffen / vnd werden gar nicht viel darbey panckettiren können / wie es dann jhrer Professi- on nicht ist. Datum Scheffleren. 19. Febr. Anno 1597.

Extractus literarum
A Sereniſſimo Wilhelmo pientiſſimæ memoriæ Duce Bavariæ.
Ad
Dominum ſuum fratrem feliciſſimæ recordationis Sereniſſimum & Reverendiſſimum Erneſtum S. R. I. Principem Electorem & Archi-Epiſcopum Colonienſem datarum Anno 1597. 19. Febr.

Et quamvis mihi tam de præterito quàm de futuro (ubi quid consideratione dignum ageretur) parum timeam, cum nec mea nec Patrum ea unquam fuerit aut etiamnum sit intentio, non attento, quod ejusmodi Translationes non novæ, prout V. Dilectio bene novit, quod factæ sint, fierique possint, ac sine dubio hinc inde per alios quoque sæpius futuræ sint, quemadmodum hic Monasterium Scheflariense ad tertiam diversorum Religiosorum, ac Ecclesia Weichen ad secundam manum devenerunt; pauca etiam Monasteria & Ec-

clesiæ in ditione, imò verisimiliter in toto Imperio reperiantur, quæ non post primam fundationem vel semel vel sæpius sint tranlata, mutata, vel aliis viis applicata, prout occasio temporum tulit & necessitas exegit, quam Magistratus & Ecclesiasticus, & sæcularis consideravit; næ isti boni Domini, vel plures ex iis possessores Monasteriorum & domorum Religiosarum malè subsisterent, si ejusmodi trãslatiões invalidæ essẽt; & quotusquisq; loco suo & nidulo excedere deberet, quem ut proprium nũc tenet ac quietè possidet. Nihilominus V. Dilectionem ac quemvis, qui nescio qua de causa subinde contra bonos Patres alienas facile imbibit opiniones, pro vera & sincera informatione futuraque directione certiorem facere debui, voluique significare, quis hujus causæ sit status, & conditio; unde clarè deprehendat, quam præfracti & temerarii sint ii, qui V. Dilectioni minus probè illud referre sunt ausi.

Vestram Dilectionẽ rogo, ut pro bono veritatis consideret ac perpẽdat, omniaque æqui bonique consulat, cum aliud non intendatur. Atque ut V. Dilectio statum causæ cognoscat, sciat velim, dispersum rumorem, quasi Patres artificiosis suis praxibus (prout detractores indigitant) aut ego pro ipsis plura Monasteria sim occupaturus, esse tam de me quàm illis vanum & confictũ, in quo maxima simul absurda sparguntur, quæ primum in Examine rescivi, veritati omnino contraria, Patrum quoque innocentia sincera & manifesta est. Siquidem ego 1. propter negotium translationis Monasterii Eberspergad Collegium Monachiense omnino non à Societate sum rogatus, impulsus vel inductus, sed 2. illud ex me ipso, partim etiam ex meorum Consiliariorum suggestione & inclinatione tanto libentius suscepi, quantò exploratior mihi istius loci esset constitutio, prout mox referetur. Patres Superiores hujus provinciæ proposito meo à me intellecto (nominatim P. Provincialis cum suis Consultoribus) apud suum Generalem Romæ graves opposuerunt difficultates impedireque illud sunt conati, quibus occurrens ego institi, ut acceptarent. Pater Generalis perplexus quidem, sed multiplicibus Patrum literis dissuasoris inductus apud me deprecatus est eam rem, illudque Monasterium acceptare detrectavit. Prævidens fortè ut prudens vir, futurum, ut minus bene ab aliis acciperetur, prout jam fit. Ego re intellectꝰ, ac quod ipse Pontificem accessisset, ea opiniõe, ut sua Sanctitas me à proposito dimoveret, quo voti ac desiderii mei compos fierem, non cessandum ratus suæ Sanctitati scripsi, submississimeque rogavi, ut Generali ac hujatibus Patribus silentium imponeret imperaretque, ut meo consilio acquiscerent, in illud consentirent, nec impedirent, prout postea etiam factum est: ita ipsi inviti admiserunt. Nam boni patres compererant, quas detractiões incurrissent, quod pro Collegio Ingolstadiensi Monasterium Biburgum antè plurimis annis vacans admisissent, timebant igitur ne si modo Eberspergam acceptarent non vacantem (quantumvis istic flagitiosè viveretur) majorem sibi invidiam conciliarent, cum alias illis multorum animi non essent inclinati, Non itaque ipsi acceptassent, nisi Pontificis imperio fuissent coacti.

Præ-

Præterea 3. non tantum ego, sed etiam præcipui neutrarum partium studiosi, & prudentes mecum sentiunt, bene de Ebersperga factum, 1. propter scandalosam & nimis improbam vitam, quam impij Monachi compluribus annis Eberspergæ traduxerant, quemadmodum deputati à sua sanctitate atq; â me, Commissarij gravissima eaque abominanda vitia istic deprehenderunt, & quidem dum istic in Monasterio commorarentur, quod noctu in- & exscensione per gradus factâ gravissima perpetrarentur legibus prohibita, quæ animus abhorret. Siquidem in absconditis cryptis subterraneis vel sub asseribus suas nequitias exercebant, prout ex parte ipsimet Commissarij (qui illic sese abdiderant) cognoverunt; Prætereo alia ipsorum maleficia.

Quin non solum peregrinationes sacræ, quæ olim istuc ob reliquias S. Sebastiani frequentabantur, penitus intermissæ nunc per Patres intra tam breve tempus, quo vix illius possessionem sunt plenè consecuti, instauratæ fuerunt, adeo, ut nunc plures hoc brevi temporis spatio confiteantur, communicent, atq; istuc proficiscantur, quã alioquin anterioribus annis fuerit factũ.

Adhæc meritò illud me movet, quod Patres ab aliquanto tempore non parum, sed plurimum se Prælatis probarint, ut ipsis miserum istud & dissolutum Monasterium non invidere queant, attento maximè, quod ferè omnium Monasteriorum Religiosi à Patribus Ingolstadij in virtutibus, pietate & literis, magnâ cura & sollicitudine operaque adhibita interdiu noctuque instruantur, erudianturque, ut spes sit, omnes nostros Religiosos harum terrarum deinceps etiam, eorumq; exemplo omnes, alios laicos & sacerdotes vulgares intra paucos annos ita reformatum, atq; in suo Deo bene placenti mundoque utili statu institutum iri, quò non solum Ordinarij, Prælati ipsimet, sed etiam quicunque fateantur, Patres hoc & multo plus de Ecclesiasticis & sæcularibus bene meritos, prout in Suevia accidit, ubi non ita pridem potissima & præcipua Monasteria vidi ipsemet reformata, ac tam feliciter constituta, ut ex animo quivis congaudeat. Atque ob hoc ipsum quidam modestiæ & honestatis minus amantes Dilectioni vestrę mihiq; nauseã movere satagũt. Ubi ego Monasteriorum adeo bene reformatum accessi, visus sum mihi verè antiquas ordinationes, antiquum zelum & pietatem videre, prout haud dubiè initio fundationis ea fuere exercita, atq; in antiquis monumentis descripta legũtur. Quam reformationem & emendationem ijdem Religiosi, ex quibus ipsemet ego audivi, secundum Deum nulli alij, quam Patribus & præsertim Collegio Dilingano ascribunt. Similia nunc nobis promittimus, dummodo ipsimet nobis non obsimus.

Patres etiam societatis verè non insimulandi, quasi avari divitias quærant, suoq; genio indulgeant. Nam si antecessores ipsorum improbi, quorum vix decem fuerunt, & nihilominus maximum æs alienum contraxerunt, non inculpãtur, meritò inculpandi, qua ratione nunc Patres insimulabũtur, quorũ 70 inde victitaturi sunt. Reditus omnes hactenus percepti vix 7000. sunt florenorum, quibus tam multi operarij laboriosi bene indigebunt, nec suo

genio indulgere poterunt, prout nec eorum professio illud admittit. Datum Scheflern, (Scheflariæ) 19. Febr. Anno 1597.

Hactenus Dux Guilelmus, cui fidem cum abrogare non audeat F. Romanus, ideo quibusdam Serenitatis suæ Consiliariis ac Societati impingit, quasi hæc sibi ejusmodi conceperit libellum à Sua Serenitate describendum ac Summo Pontifici offerendum, quæ prorsus temeraria est F. Romani suspicio, nullo probabilitatis vestigio subnixa, maximè si attendatur, q teste ipsomet Duce Guilelmo Societas nostra suæ Celsitudini fuerit reluctata. Quomodo enim reluctans prudenter præsumi poterit, aliquid suæ adversum voluntati concepisse, sibique illud quod fugit appetijsse. Deinde valde inverisimile est, cogitare, nedũ præsumere, quod Societas Suæ Celsitudini præscripserit, quid illi Romam scribendum esset, in eoque Celsitudine sua tanquam Amanuensi uteretur &c. Sunt ea indigna, quæ huc commemorentur.

Taceo, quod cum sua Serenitas, sive ipsa scripserit, sive per alium ex suis Secretarijs scribi curarit, suam Celsitudinem Monachorum vita notoriè improba latere non potuerit; quam & subsecutâ Apostolica Visitatio Deputatorum Commissariorum manifestè prodidit. Ut proinde contraria F. Romani assertio sit omnino erronea & falsa.

Quid *cit. c. relatum, ne Cler. vel Monach.* huc faciat, nemo est, qui videat, maximè cum per tres diversos, eosque successivè aliunde accitos Administratores (quorum apud Hundium in Metropoli Salisburgensi mentio fit,) tentatum esset, utrum Monachi Eberspergenses ad frugem reduci possent; sed æquè perstitêre incorrigibiles. Unde quod isti Monachi à se alij futuri aut evasuri essent, si isticloci permansissent, est divinatio Hajana omni destituta fundamento.

Nec probabile est, ut qui semel verecundiæ fines transilierunt, non sint gnaviter impudentes, impellentibus ac stimulantibus ad flagitia pravis & molitis consuetudinibus, Et *qui sordidus est, non sordescat adhuc*. Rari sunt, qui cum Maria Magdalene, Thaide, Pelagia, Maria Ægyptiaca ac Iacobo Eremita alijsque ex cœno sordidarum voluptatum verè emergant, ac vitæ puriori studeant:

Alia est ratio Monasteriorũ Bavariæ, in quib. non pudicitia prostituta, sed collapsa dũtaxat erat disciplina Regularis; hęc n. in ijs facilior reflorescebat, ut proinde ab uno separatorũ ad aliud nequaquã recta fiat à F. Romano illatio.

Objectio de Cyriaco Empel solvitur. Nec obstat, quod Cyriacus Empel, non ab Hundio *in Metropoli Salisburg.* sed à Gewoldo *in Hundij additione* laudatus tertius Monasterij Eberspergensis Administrator aliò missus optimè se habuerit; quia cum ipse non esset monachus Ebersperge nsis professus, *arg. c. Salvator, 1. q. 3.* & ibi Turrecremat Rot. Rom. *deci. 12. n. 6 apud Tambur, tom. 3. de jur. Abba.* sed aliunde accitus, ut Monachos Eberspergæ professos & corruptos administratorio nomine corrigeret, irritusq; ipsius esset cõatus, hinc improbũ Monachorũ istorum factũ nõ ullatenus extenuatur, sed augetur potius, præbuitq; majorẽ Guilelmo

Duci

Bavariæ occasionem, suæ Sanctitati humillimè supplicandi, ut istud monasteriũ, discolis exclusis, Collegio Societatis Iesu Monachiẽsi associaretur, uniretur, & incorporaretur, prout etiã illi per Clementẽ Papam VIII. fuit An. 1595. associatum, unitum & incorporatum. Cyriacus verò Empel, qui aliũde accitus fuerat, ad suum Monasterium remissus est. Unde post triennium in centesimum tricesimum septimum Administratorem Abbatem Monasterij Weltenburg ejusdem Ordinis Anno 1598. fuit postulatus, illique usque ad Ann. 1610. præfuit, quo vivere desijt. Quomodo autem illi Monasterio Cyriacus præfuerit, ne verbulo meminit Gewoldus *in addit. ad Hund. cit.* à F. Romano loco, ut vel isthinc colligere liceat, quanta fide F. Romanus sua referat, ut ei nihil sit credendum.

Quartum, quod de manibus defunctorum certis anni temporibus in hunc usque diem intempesta nocte in dormitorio, quasi à somno excitatorum, è cellis seu cubiculis cum sensibili strepitu prodeuntium, templi chorum adeuntium, inibique Dei laudes Monastico more decantantium, tum translationis nullitatem inclamantium affert F. Romanus, quasi sibi suisque contra Concordata Nationis Germanicæ, adeoque etiam invitis fundatoribus ablatum sit Monasterium, est F. Romani somnium & figmentum. Quis unquam ex Societate hoc ipsi revelavit? Ego ut rei veritatem investigarem, Monachium scripsi, intellexique à P. Ioanne Sigersreiter Collegij Societatis Iesu Rectore, in suis 21. *Iun.* 1648. *ad me*, redditis somnium seu potius figmentum id esse F. Romani. *4. De manibus defunctorum objectio est conficta.*

Addit idem Pater; nominet F. Romanus Patrem Societatis, à quo hanc fabulam acceperit?

Nihil horum unquam vidit, vel audivit venerab. Antecessor meus P. Georgius Spaiser; nihil mei Senes, nihil P. Wolfgangus Hein, olim Ebersbergensis Superior per quatuor circiter annos; nihil alij vel incolæ, vel frequentes hospites illius Residentiæ viderunt aut audiverunt de talibus spectris, Hæc ille. At ne hujus Patris tanquam domestici, adeoq; sibi suspecti testimonium reijcere possit, addo publicũ in illo & vicino loco Hofmarckiâ, seu districtu Prætoris clarissimi Domini Pauli Kern. I. U. Lti. in Electorali Curia Monachensi Advocati, & ibidem Notarij Immatriculati testimonium & documentum 26. Ian. 1649. conscriptum ac subsignatum, quo istam fabellam egregie confutat Ita verò ipse testificatur.

Ego Paulus Kern Iuris utriusque Licentiatus, Electoralis curiæ Monacensis Advocatus, & ibidem Notarius Immatriculatus, nec non Monastery & Hoffmarckia Ebersbergensis Prætor; hisce fateor, quod in aula Ecclesiastica & Horto Crusiano à R. P. F Romano Hay Ordinis S. Benedicti &c. An. 1648. Francofurti edito non absque summo scandalo legerim, quod dictus P Hay inter cætera fol. 338. pro certo se [illegible] & asseverare audeat, se ipsorum Societatis Iesu Patrum fideli relatione didicisse, in Cœnobio Bavari Benedictino Ebersberg nuncupato, tunc temporis non desolato, quia omnium publica utilitatis ad Instantiam Gulielmi quondam

quondam Bavariæ Ducis Clemens VIII. Monachensi Collegio dictæ Societatis datâ bullâ univerat, certis anni temporibus in hûc usque diem intempestâ nocte monachorum dudum sepultorum animas in dormitorio, quasi à Somno excitatas, è cellis seu cubiculis cum sensibili strepitu prodire, templi chorum adire, inibiq; Dei laudes Monastico more decantare. &c.

Cum tamen ego supra nominatus non solum Monachij natus & educatus fuerim, verum etiam ibi studia humaniora audiverim, atque absolutis Ingolstadij Philosophiæ & utriusque jurisprudentiæ studiis jam octodecim annis Iudicis Ebersbergensis officio etiamnum fungar, interea Ebersbergæ singulis annis sæpius in diversis dormitorii cubiculis seu cellis, nec non in superiori & inferiori Abbatia, quâ immediatè per januam templi Chorus adiri potest, pernoctarim, nunquam autem ipsemet quicquam viderim, vel etiam à meo parente p. m. qui ante me viginti annis huic officio præfuit, aut aliis Serenissimorum Ducum Bavariæ Officialibus, qui æque in Monasterio Ebersberg sæpius pernoctarunt, audiverim, neque à Subditis Ebersbergensibus unquam intellexerim, quod Monachorum sepultorum animæ cum sensibili strepitu chorum adeant, vel adiverint, multo minus ibi Dei laudes Monastico more decantaverint &c. quod coram Deo & in conscientia testor. In quorum fidem testimonium hoc propria manu scripsi, & consueto Sigillo munivi. Monachij 26. Ian. An. 1649.

PAVLUS KERN. I.V.L.

L. S.

Ad Concordata 14.

HActenus ille. Quod verò F. Romanus hanc suam fabellam interpretatur Lessum denotare & querimoniam monachorum sibi suisque Monachis Monasterium contra Concordata Nationis Germaniæ, adeoque etiam invitis Fundatoribus ablatum, in eo haud veracem nec fidelem se ostendit somniorum Interpretem ac vatem.

Concordata Nationis Germaniæ licet cum Friderico Austriaco, non verò cum Ludovico Bavaro, eique adhærentibus, adeoq; nec cum universa Natione Germanica sint inita, nec in Bavariâ recepta ostendantur; tamen quomodocunq; considerata, nemini impunitatem delinquendi concedunt, prout *in tract. 2. resol q. 6 c. 2 n. 22. 23. &c.* pluribus est deductum.

Ad fundationem Respondetur, eam F. Romano obesse.

Quod si F. Romanus *primam* urgeat ejus Monasterij *fundationem*, velitque ex Concordatis Nationis Germaniæ inferre, quasi nullis alijs, nisi pro quibus illud initiò fundatum fuit, ipsum veniat attribuendum; tunc certè Ord. Benedictinus nihil in illo Monasterio juris prætendere posset, maneretq; exclusus. Nam si attentius Gewoldum *in additionibus ad Hundii metropolim* vel Chronicon *Andreæ Presbyteri* ante ducentos annos scriptum, ejusque fundatorum Monasteriorum Bavariæ historiam legisset, *sub tit. Ebersperg*, reperisset o-

set omnium primo à Sigardo Comite istic sæculares fuisse fundatos & institutos Sacerdotes, postmodum Anno Domini 934. tépore Michaelis Episcopi Ratisponensis ab Eberhardo Comite præpotenti, genere spectabili fratreque ipsius Adelperone, præfati Sigardi Comitis nepote in castro Ebersperg ex ordine S. Augustini Canonicos Regulares fuisse subintroductos, eorumque Monasterium per quatuor istius Ordinis Prælatos sanctissimè, ut notat Gewoldus *d. loc.* viventes gubernatum; tertio denique loco contra primæ fundationis dispositionem ab Vdalrico Adelperonis filio, Monachi Ordinis S. Benedicti fuerunt subrogati.

Quod si fundamenta F. Romani obtinerent, uti verè non obtinent, tunc certè Monasterium hoc Ebersberg non Benedictinis, sed vel Canonicis Sæcularibus vel Canonicis Regularibus S. Augustini juxta primævā fundationem esset restituendum. Cum notorium sit, Monachos Benedictinos non esse Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini.

Dicitur autem *Ebersberg*, ut notat Andreas Presbyter *cit. loc.* ab Apro-qui istic loci, priusquam castrum ædificaretur, à Comite Sigehardo Comitum S. Eberhardi & Adelperonis avo in Venatione fuerat deprehensus, suum accepisse nomen, de quo prolixius alij agunt, quàm ut hìc recenseri queat. Saltem ex deductis relinquitur, quod nihil à F. Romano circa assertam sub, & obreptionem fuerit objectum, quod Breve Apostolicum Clementis VIII. quo Monasterium Ebersberg Societati unitur, ullatenus evertere potuerit. Sed de his omnibus plura videantur *in tract. 2. Resolut. quæst. 6. c. 2. §. 22. 23. &c.* *Ebersperg unde?*

§. II.

De Monasterijs Strahoviensi, Griffen, Arnoldstein, Alba Dominarum, Dernburg. &c.

1. F. ROmanus *in Anchora sua, sub n.* 127. notat in margine, *Iesuita*, inquiens, *Monasterium Strahoviense Pragæ petiverūt sibi dari pro loco recreationis.* In textu verò ipse ait; *quod viri etiam doctissimi facilè fallantur in propria causa, in ijs præsertim, quæ ex fonte cupiditatis proficiscuntur* c. ex parte. de alien. judic. mut. caus. fact. *Quale fuit & illud, de quo Dominus Casparus à Questenberg Abbas Strahoviensis, Ord. Præmonstratensis, in paranesi ad successores suos impressâ Pragæ An.* 1638. Congregatio, *inquiens*, Clericorum PP Iesuitarum, à Cæsare Monasterium Strahoviense sibi assignari, in secessum opportunum Cōvictoribus eorum, *recreationum diebus* instituit, sed Reverendissimus Dn. Abbas Lohelius alieni illud juris fieri, supplex Cæsari factus, arduo processu cavit. *quatern. M. fol. 2. fac. 2. Istud nimirū est ludere cum causis pijs, & fundationibus antiquis, ad majorem, ut ajunt, gloriam Dei. Scriptum est enim*, domus mea, domus orationis vocabitur; Vos autem &c. sic loquebatur *olim* Rex Achab ad *Commenta Hujus De Monasterio Strahoviensi.*

» Naboth dicens; Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia
» vicina est, & prope domum meam 3. Reg. 21.

Discutiuntur. Ast F. Romanus hic multipliciter vel aberrat, vel fallit, sibiq; contrarius est, 1. quia *in margine* absolutè notat, *Iesuitas SIBI petiisse Monasterium Strahoviense*; *& in textu* asserit; *Iesuitas petiisse sibi in secessum opportunum Convictoribus eorum*; quæ non cohærent. Cum ea quæ societas sibi absolutè impetrat, non convictoribus impetret. Certè quod quis sibi acquirit, non alij acquirere dicitur. ut patet ex *tit. C. quod quis sibi &c.*

2. Quia ipse locum assertæ paranesis Quæstenbergicæ de Reverendissimo Lohelio agentem corruptè & mutilè allegat, qui licet in se confusus sit, tamen ad verbum ita se habet, prout mecum à R. P. Carolo Grobendonck
» fuit communicatus; *Lubuit hac à causis paucis commemorare, ut benefacto-*
» *rum gloriosa memoria etiam in eos, qui virum sanctum non noverant, transfera-*
» *tur, & sic manifestum posteris reddatur, quo processu ac intuitu Monasterio Stra-*
» *hoviensi (quod* PLVRIBVS ANNIS NONNISI SECVLARIS
» QVIDAM PRESBYTER INSEDIT, *quodque congregatio Cle-*
» *ricorum PP. Iesuitarum à Cæsare sibi assignari, in secessum oportunum Convi-*
» *ctoribus eorum recreationem diebus instituit) optimo (& vel hoc nomine dignissimo,*
» *cui statua ponatur, quod alieni illud juris fieri supplex Cæsari factus arduo processu*
» *caverit) Patre Præsidente Deus benedixerit.* Hæc ibi.

Ex quibus verbis apparet, quàm fallaciter à F. Romano sit omissum, quod Monasterium Strahoviense Conventu omnino destitutum, pluribus annis nonnisi sæcularem habuerit sacerdotem, quod etiam innuit
» Aubertus Myræus *in Chron. Præmonstratensi pag. 51. & seqq. ad An. 1126.* tradens; Strahoviense Monasterium, aliàs Montis Sion, non procul ab Aula Cæsarea per Hussitas destructum, templum dirutum, Monachisque &c. destitutum fuisse, ut ne vestigium illius amplius appareret. Nam ut testatur Bzovius *Annal. tom. 17 ad Annum 1456. c. 15. in vita B. Ioannis à Capistrano ex Or-*
» *dine Minorum*; Hæretici Pragenses mortem Hieronymi Pragensis & Ioan-
» nis Hussij Magistrorum suorum, Duce Ioanne Ziska genere nobili, sed cæco, Cænobiorum, templorum eversione in ipsa urbe Pragensi & foris crudelissimè vindicarunt. Et quidem Monasteria ea præeunte quodam Ioanne ex Ordine Præmonstratensi eversa sunt, ut testis est VVolgangus Kyriander Otingen in persecutionibus Ecclesiæ, sub Sigismundo Imperatore, Ioannes, *inquiens* Ordinis Præmonstratensis &c. Monachus apostata & ad omne scelus audax, Pragæ prædicavit apud S. Stephanum, prælatâ Eucharistiâ populi furiosi lanceis, verubus armati circumforaneus ductor, qui sacerdotis cum ipso non facientis domum evertit, ex altissimis prætorij fenestris Consules, judicem Urbis & nonnullos alios cives in forum præcipitavit, omnia violentâ manu diripuit, expoliavit; demum ascito nobili monoculo & pessimo Ciiga nomine & Duce acceptato inter reliqua facinora, diversas civitates, Ecclesias

ac MONASTERIA eorum, quæ superfuerant, concremavit, virgines prostituebat, sacerdotes interficiebat &c. Ita Monasterium Strahoviense destructum fuit, conventuq; orbatum, destitutumque pluribus annis permansit; quo casu si societas nostra locum Conventu destitutum & destructum petijsset, uti non petijt, quemadmodum statim ex deducendis patebit, haud dubiè sine Ordinis illius præjudicio & detrimento petijsset, quemadmodum bene R.P. Grobendoneck advertit.

Cæterum quod F.Romanus hac in causâ præfati Dn. Caspari Questenbergi testimonio côtra societatem nostram utatur, eo minimè juvari poterit. Cum non sit legitimum; tum quia à persona Societati nostræ offensa & adversaria proficiscitur, falsò persuasâ, quasi postmodum Religiosis ipsius, nostrorum intercessione prohibitum esset, ne domi suæ magnis sumptibus reædificatæ juventutem docerent; Cum tamen illud ipsum Imperator ijs motu proprio interdixisset; tum quia dicti sui, (quòd societas illud à Cæsare petijsset sibi assignari) nullâ reddit causam, quâ reddere oportuisset & facilè potuisset, si societas Iesu propterea libellum supplicem Cæsari exhibuisset. Nam libellû supplicé, qui Cæsari à Patrib. Societatis fuisset porrectus, nullo negocio Dn. Prælatus beneficio Dn. fratrum suorum ex Cancellaria Cęsarea obtinere, atq; hic vel alibi exhibere potuisset, quemadmodum idem Pater Grobendonck rectè advertit. Cum verò non exhibeat, quis nudum dictum ab adversario sine teste ullove documento legitimo profectum verum esse existimabit?

Accedit, quòd ipsum dictû præfati Dn. Prælati secundû se nec verisimile sit nec probabile. Siquidem Templum Strahoviensis Monasterij omnino fuerat dirutum, ut ne vestigium quidem illius appareret, reditus ipsius interversi, locus ipse in civitatis minoris finibus extremis situs, ibique de novo Collegium & templum fuisset reædificandum, quod non adeo nostris usibus futurum esset commodum, attento maximè, quod commodius domicilium nostris usibus in ipso civitatis corde, templumque capacissimum offerretur, quod etiam nunc nostri incolunt; aliud augustius oblatum nostri in Minori civitate Carmelitis Reformatis, atq; in civitate antiqua Patribus Paulinis sive Minimis cesserunt, prout ex cessionis tabulis constat. Ut proinde verisimile aut probabile minimè videatur, à nostris Monasterium Strahoviense in urbis angulo plane dirutum & vastatum à nostris fuisse ullatenus desideratum, Quod autem verisimile non est, falsitatis refert imaginem. Barbos. *axiom, Verisimile.*

Quin etiam si Monasterij istius destructi locus eo tempore, quo Conventus ibidem non aderat, sed ab uno sæculari sacerdote inhabitabatur, fuisset (uti non) à nostris petitus, ut sibi assignaretur, haud dubie fuisset assignatus; tum quia Monasterium & templum omnino destructa ob interversos reditus ex se reparari non poterant, tum quia Augustus Cæsar, & Reverendissimus Dn. Ioannes Lohelius in Ordine Præmonstratensi Visitator post Archiepiscopus Pragensis Eminentissimi Cardinalis

dinalis ab Harrach prædecessor, singularis Societatis nostræ amicus (uti P. Wadingus *in suo contra flagellum Societatis edito libello* commonstrat) assignationi & unioni illi non contradixissent. Quod verò locus ille ex se suisque reditibus reparari non potuerit, expertus est præfatus Dn. Lohelius Visitator; quippe qui pro ejusdem reparatione necesse habuit à Cæsare Rudolpho II. Monasterij Teplensis, quod similiter Hussitarum furore destructum fuerat, sed aliquos adhuc habebat reditus, incorporationem petere, ac prætetea à Dominis Statibus patriæ & Regni pro Templi, Monasterijque instauratione eleemosynam corrogare. Ædificijs reparatis, aliquot aliunde fratres Ordinis sui Præmonstratensis evocavit, qui ibidem Deo servirent ac famularentur, prout testis est Myræus *loc. cit.*

Ex quibus patet. 1. quàm temerè sine ullo fundamento aut verisimilitudine contrarium à F. Romano asseratur, quamque perperam verba Abbatis Strahoviensis accepta & corrupta producantur; tum quàm malè hoc Epiphonemate concludatur; *Istud nimirum esse ludere cum causis pijs & fundationibus antiquis, ad majorem Dei gloriam. Scriptum enim; Domus mea, Domus orationis vocabitur.* Nam si Societas Iesu sibi locum illum petivisset, uti non petivit, utique in reædificato Monasterio domum Orationis constituisset. Nemini etenim non notum est, quam templa à nostris exornentur, excolantur, in ijs divina peragantur ministeria, sacræ excipiantur confessiones, ac divinæ distribuantur epulæ; domus quoque ipsa Collegii meditationibus, & orationibus mentalibus, alijsque exercitijs spiritualibus dedicetur; ut non nisi per meram calumniam speluncæ latronum appellari possint. Non igitur per assertam unionem lusum fuisset cum ea fundatione, sed verè major Dei gloria in sacrosancto Missæ officio divinisque ministeriis proximo impendendis fuisset spectata.

Quod F. Romanus asserit, locum eum pro recreatione Convictorum petitum fuisse; illud ei comprobandum esset. Cum illud sit facti, quod nunquam præsumitur, nisi probetur, *jurib. vulg.* Nunquam verò probabit. Et esto, probaret; tunc certè non Templum ipsum, quod per hæreticos omnino fuerat eversum, nec ipsum Monasterium, quod similiter destructum erat, sed solum hortus & fundus domino ac possessore vacuus duntaxat, in quo Monachi Conventuales haud dubie olim se recreaverint, pro recreatione Convictorũ fuisset petitus. Inde tamen nemo præter F. Romanum inferet vel colliget, quasi domus Dei & Domus orationis conversa fuisset in speluncam &c. Econtra quæro ego à F. Romano, quando Monachi Ebersbergenses Monasterium suũ in lupanar converterunt, utrum fini dispositionis & fundationis satisfecerint, ac domũ orationis habuerint?

Demum quod de Rege Achabo refert F. Romanus, dicente ad Naboth, *Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum; quia vicina est, & prope domum meam* 3. Reg. 21, huc planè non quadrat. Siquidem vinea ista erat

Nabothi

Nabothi propria, atque ab eodem tanquam vero Domino & possessore occupata & infessa tenebatur, quam Achabus tanquam sibi vicinam ordine non debito nec legitimo appetebat; Verùm hortus Monasterii Strahoviensis id temporis destructi & Conventu destituti, atque à sacerdote sæculari duntaxat infessi nullius erat, nec ulli proprius, neque ab ullo tanquam vero domino & possessore occupabatur vel insedebatur, neque tanquam Collegio vicinus ordine illegitimo appetitus fuisse ostenditur. Ut proinde locus ille scripturæ, ad casum, quo aliquis ex Societate pro Convictorum recreatione hortum istum vacuum petivisset, uti non petiit, perperam applicetur; Cum ei nullatenus conveniat. Cui autem non conveniunt dispositionis verba, eidem nec ipsa dispositio conveniet.

Rursum F. Romanus *sub allegat. 477. tit. Concordata Germaniæ n. 6.* F. Dominicus Abbas Weingartensis, *Benedictinorum & Præmonstratensium*; F. Petrus Wilhelmus Abbas in Eusserthal, *Cistertiensium*; F. Gabriel Reeb Prior in Rebdorf, *Canonicorum Regularium S. Augustini nominibus* in supplicatione sua Anno 1641. S.C.M. Ferdinando II. Imp. exhibita, *in aulais. §. 1.* recitata *sub n. 5 & 7.* referunt, *quod sub Clemente VIII. duo Monasteria Griffen & Arnoldstein Ordinum Præmonstratensis & Benedictini, in Carinthia* (malè *in aulais n. 5.* in Conriuthia) *Patribus Societatis jam jam tradenda & incorporanda, ad Episcopi Bambergensis circa Annum* 1610 *& nuperrimè Monasterium Albæ Dominarum ejusdem Ord. S. Benedicti, ad Eminentissimi Principis Electoris Trevirensis factam informationem ex hac ipsissima radice Concordatorum, posthabitis prioribus Rescriptis & Indultis Pontificiis in pristinum Religionis statum reposita fuerint.* *Commenta Fayana circa Griffen, Arnoldstein, Albam Dominarum & Dernburg.*

Tum novissimè Anno 1633. cum dicti Patres aliquot Bullas Apostolicas pro uniendis sibi quibusdam Monasteriis Hildesiensis diœcesis, nominatim Dernburg *Ord. Cistert. aliisq; ab Urbano VIII. sub variis prætextibus boni publici & erectionis seminariorum insciis partibus impetrassent, à Rmo. & Illmo. Principe & Episcopo Osnabrugensi, Mindensi & Verdensi velut Apostolico & Cæsareo Commissario (ut accepit ipse F. Romanus) non acceptata, & (antiquis Ordinum Prælatis ad erectionem seminarii de facto magna subsidia offerentibus) executioni neutiquam mandata, sed repudiatis earum impetrantibus antiqui Ordines, quibus præfata monasteria vigore primæ fundationis & Concordatorum Nationis Germanicæ debebantur, in possessionem eorundem Apostolicâ & Cæsareâ authoritate restituti fuerunt.* Hæc ipsi.

Verùm quæ F. Romanus aliique DD. Prælati de Monasteriis *Griffen, Arnoldstein, Alba* Dominarum & Dernburg afferunt, à veritate sunt alienissima, neque ea unquam Societati unita fuisse unquam exadversum doceri poterit. *Disjunctivum.*

Siquidem 1. Monasterium *Griffen* Ordinis Præmonstratensis olim conventu destitutum, efflagitatu Serenissimi Caroli Archiducis Austriæ à Clemente Papa VIII. in Carinthia non Societati nostræ, sed tenuioris fortunæ studiosis in sustentationem assignatum fuit, *ut ex Brevi Clementis Papæ VIII, atq; Sere-* *1. De Griffen.*

nissimi Ferdinandi id temporis Archiducis, postea Imperatoris literis 1. Januar. Anno 1602. datis videre est, quas F. Romano aliisque actoribus (qui suam nequaquam probarunt intentionem, Societas nostra convenra & Rea simpliciter negans, quæque modo nominatum Monasterium haud unquam asseruit suum, vel sibi debitum non petivit) edere non tenetur *l. 1. in pr. ff. de edend. l. 1. l. 4. C. eod.* sed actoribus incumbet ea, quæ asseruerunt, probare, *d. l. 4. l. 2. ff. de prob.* nisi per fraudes & dolos, alios vexādi tantū causa sese egisse audire velint.

2. *De Arnoldstein.* 2. Quod ad Monasteriū *Arnoldstein* Ordinis S. Benedicti attinet, ejus ne quidem Clemens VIII. neque Carolus, neq; Ferdinandus Archiduces in suis meminere literis, ut mirum sit, quâ fronte F. Romanus asserere audeat, illud Societati nostræ à Clemente VIII. *in præfato Brevi* fuisse incorporatum. Quin etiam pro majori illius rei informatione ego ea de re ad R. P. Georgium Turcovicz Austriæ & Hungariæ Provincialem scripsi, qui 26. Junii Anno 1651. in hæc verba mihi rescripsit: *Circa Monasterium* Arnoldstein *nihil rescire potui, & pleriq; putāt, Archiducem nūquam apud suā Sanctitatē egisse pro iis Monasteriis, in quibus etiā paucissimi Monachi fuerant; sed tantùm de iis, quæ ōnino defecerāt.*

Taceo inverisimile omnino esse, quod Reverendissimus & Illustrissimus Episcopus Bambergensis Summi Pontificis Ordinationem & dispositionem reprobarit. Cum absurdum sit, & sacris Canonibus repugnans, ut confirmata à supremo Capite Ecclesiæ ab Inferiore aliquo infirmentur, juxta Bald. *in l. rescripta. sub n. 4. C. de precib. Imp. offer.*

3. *De Alba Dominarum.* 3. Monasterium Albæ Dominarum, Frawenalb quod attinet; Fuit illud Virginum Ord. S. Benedicti, fundatum circa Annum 1134. à Bertholdo Comite Ebersteinio, nomenque habet à præterfluente Alba, quemadmodum & Cisterciensium Abbatia *Alba Dominorum.* Situm loci si spectes, debuit innocens fuisse seculum, quo conditum pro tali sexu cœnobium fuit mediis in sylvis, & abstrusa solitudine, procul ab oppidis muratis, quorum quæ proxima sunt, aliquot horarum spatio distant, & jam ferè à Lutheranis aut Calvinistis habitantur, ut Phorzena, Brettena, Gernspacum. Reditus habet sat amplos, & pagos 9. proprii juris quoad jurisdictionem quam bassam vocant; horū duo in Marchiæ Badensis, reliqui in Comitatus Ebersteinici territorio siti sunt. Comitatus hujus dimidia pars etiam ad Marchionem Badensem spectat, alterum dimidium ad hæredes priscorum Comitum Ebersteinēsium, quorum defecit mascula successio, & *feudalia* quidem bona ad Ebersteinios lineæ Frawenbergicæ; *allodialia* verò ad proximos agnatos Wolckensteinium atque Gronsfeldium Comites devoluta sunt. Cæterū jus Advocatiæ in Monasteriū Frawenalb, & jurisdictio territorialis in ejus pagos quoad dimidiam portionem Ebersteinianam partim ad allodium, partim ad feudum spectat. Anno 1597. Ernestus Fridericus Marchio Durlacensis detentor Marchiæ Badensis annexarumq; ditionum, cum Ebersteinio Comite Monasteriū illud occupavit, in illo id temporis nulla servabatur clausura, disciplina nulla, sex septemve mōiales genere nobiles juvenibus aliisq; vilibus assueverāt, unde quà verbo, quà scri-

pto

pto protestabātur occupatores, non se dissipare sanctimonialium cœtum, sed infame lupanar dissolvere, & vagas libidines ex officio corrcere. E nũero monialium duæ vetulæ in Lucidæ vallis Cistertiensium cænobium transportatæ vitam illic finierunt; reliquæ neglectis votis ad nuptias convolārunt, quarum nepotes acneptes hodieq; superstites, viva sunt eorum, quæ hic recensentur, testimonia. Movit litē in Camera Imperiali Durlaceno & Ebersteinio Spirensis Episcopus: at illi in possessione manserunt ad annum usq, 1622. quo paternas ditiones recuperavit Guilielmus Marchio Badensis, & pariter Advocatiæ jurisq; territorialis Frawenalbensis partem dimidiam. Alteram partem adhuc tenebat Ebersteinius usq; ad finem añi 1624. quādo dividere cum Wolckensteinio primario hærede allodiorum Ebersteinensium coactus est, solis penes ipsum permanentibus feudis. Qua divisione factum est, ut Alba Dominarum ejusq; pagi tres haberent dominos, Marchionem ex semisse, Wolckensteinium ex quadrante, & Ebersteinium similiter ex quadrante. At postmodum portionem Ebersteinii permutationis contractu ad se transtulit Wolckensteinius. Ineunte Anno 1625. Albense monasterium à familiis aliquot acatholicis inhabitatum, pagosq; illuc pertinentes ad fidem Catholicam reducere aggressi sunt duo nostri, Pater N. M. & Pater M. G., jussu Celsissimi Marchionis Guilielmi & Illustris Domini Pauli Andreæ Baronis Wolckensteinii. Utebantur illi hospitio & convictu Oeconomi monasterio præfecti, sed in pagos hinc inde sparsos assiduè excurrentes, doctrinam sanam populo explicabant, juventutem in fidei rudimentis instruebant, Sacramenta ministrabant, parochialia deniq; munia omnia obibant, quo factum est, ut semestri spatio in monasterio & pagis uno altero ve milliari dissitis pleriq; omnes subditi ad Ecclesiæ Catholicæ ovile reducti sint, nimirum adultioris ætatis capita 485. Quia verò *Ersinga* & *Bulsinga* nobiles pagi plurium horarum itinere à Monasterio distant, quemadmodum & *Sultzbacum*, altero semestri Pater M. Ersingæ sedem fixit, & ejus paræciæ animas 500. fidei Catholicæ lumine illustravit; cum interim Pater M. G. Sultzbacenses errorem Calvinianum, in quem inciderant, dedoceret, eosque Ecclesiæ reconciliaret. Pagum item, cui nomen *Spessart*, Pater M. Fr. Etlingensis proparochus ab heterodoxia perpurgavit. Adeoq; bieñio non toto Subditi monasterii penè omnes, ad 1200. capita sanam fidem receperunt operâ & labore nostrorum PP; labore, inquam, incredibili ob regionis asperitatem, locorum eodem sæpè die adeundorum distantiam, molestiam itinerum per montes jam nivibus jam nebulis obductos, per lutosas valles & lucos feris infestos, &c. Victitabant illi tenuiter admodũ de parochiarum, quas administrabant, provẽtib⁹ modicũ quid participantes, siquidẽ Prædicantibus exauctoratis ex gratia adhuc sesquiennale stipendium decretum fuerat, q̄ illis etiā fuit solutum. De Monasterii proventibus, nostris ne teruncius quidẽ obtigit. Illos per indultũ Sum: Pōtificis percipiebat frater Celsissimi Principis Badēsis, Marchio Albert⁹ Carol⁹, qui postquā è vivis excessit A. 1626. Spirēsis Episcop⁹ egit, ut monasterii reditus

reditus mensæ suæ incorporarentur. Ast Baro VVolkensteinius vir eximiè pius ac Zelosus desiderabat horum adminiculo redituum firmitati religionis Catholicæ in Comitatu Ebersteinico consulere, proinde consilia Episcopi antevertit, Summum Pontificem per literas rogans, ne cui Monasterium Frawenalbense in Commendam dare vellet, sed vel à Metropolitano Moguntino, vel ab alio ad hoc designato Commissario informari se juberet de præsenti rerum statu & animarum recens ad fidem reductarum atque adhuc reducendarum necessitate. Interim idem Baro Celsissimo Marchioni Guilielmo mentem suam explicuit, nimirum quando ambobus nil deberet esse antiquius quàm in terris, quas comuni consortio regerent, unanimiter stabilire religionem & pietatem Catholicam, ac media ad hunc finem conducentia disquirere; se quidem perpensis omnibus nullo modo expediens judicare, ut in Albensi monasterio, loco tam inidoneo, tam polluto, tam etiam deinceps sceleribus & scandalis obnoxio novus fœminarum cætus cogatur (novus inquam, quia de vetere conventu non nisi unica superstes erat, monialis olim, postea fœcunda hæterodoxo de grege mater) consultius utique futurum, & menti Fundatorum congruentius, si ex his reditibus alerentur Religiosi, quorum vigilantiâ ac solertiâ tum Marchiacæ, tum Ebersteinicæ ditiones in fide Catholica conservarentur.

Idem Celsissimus Marchio meditabatur; Quare conjunctim aggrediuntur opus, ad Summum Pontificem ea de re scribunt, intercessores adhibent Electorem Moguntinum & Bavarum, qui impensè tum Pontifici, tum Congregationi Cardinalium de propaganda fide negotium commendant, datis 16. & 20. Julii literis, quibus annuisset Pontifex *(ut datis literis 14. Novemb. ejusdem anni 1626. testatur)* ni supervenisset Episcopi Spirensis sollicitatio, quâ prætendens ingentes impensas in litem invasoribus Monasterii intentatam factas, postulabat indemnis servari.

Deinde cum cerneret idē Episcopus mēsæ Episcopali haud facilè incorporādum tale mōasterium invitis Advocatis, pro seminario clericorum Philipsburgi constituendo illud efflagitavit. Transactionis etiam viam tentavit, arbitrio Advocatorum reditum annuum 1800. Imperialium permittere volens, quos aut Collegio Societatis, aut cui vellent, attribuerent, dummodo reliqua bona monasterii Seminario antedicto applicari paterentur, & omni jure in pagos illuc pertinentes cederent. Quod cum integrum illis non esset, Spirensis moniales nequicquam gravissimis rationibus, & Concilio Trid. in contrarium allegatis subintroduxit, asserens, Celsissimo Principi Marchioni præsenti; Votum se Deo vovisse de restituendis in Albam Dominarum ejusdem, qui antè possederat, Ordinis monialibus, proinde neminem sibi ulterius molestum esse debere contrariis suasionibus.

At nihilominus postero die per nobilem aulicum obtulit Marchioni: qui commu-

comunem cum Domino à Sötern nepote Episcopi Sattapiam Büeleſem opimam satis haber; hanc nepoti suo & familiæ Söteranæ in solidû cederet, paratus vicissim omni prætensione in Monasterium Albense cedere. Reposuit Marchio, hinc sibi videri vota non diutius ligare quam voventi placuerit ligari. Cæterum de patrimonio domus suæ se nil cedere posse.

Cum igitur convenire inter ipsos nulla ratione posset, & in annum usque 1629. protracta res esset, Congregatione Cardinalium de Palatinatu, ad quam remiserat negotium Pontifex, in neutram partem aliquid statuere volente, urgeri postulata desierunt. Et Episcopus è Sueviæ cænobio quodam accersitam monialem in Albensis Monasterii possessionem immisit, quæ primum Administratrix, postea Abbatissa dicta est. Qua mortuâ tres, quas sibi associaverat, juvenculæ, unam è suo numero electione nescio an Canonicâ Abbatissam salutârunt, quæ hodie regnat, sed clausurâ etiamnum incustoditâ, psalmodiâ neglectâ, quin & ratum in templo isto missæ Sacrificium celebratur, rarior Sacramentorum usus reperitur apud moniales, apud subditos penè nullus, cum parochiæ pleræque pastore careant.

Ex quibus apparet, omnino F. Romanum falli vel fallere, quando tradit, *à Pontifice literas emanasse Apostolicas, quibus præfatum Monasterium Albæ Dominarum Societati nostræ fuerit unitum, sed eis ex radice Concordatorum Germaniæ posthabitis Episcopus Spirensis Monasterium in antiquum suum statum reduxerit.*

Denique quod de Monasterio *Dernburg* Diœcesis Hildesiensis F. Romanus aliique Domni Prælati retulerunt, nec ipsi probant, nec unquam probare poterunt. Cum illud haud unquam Societati nostræ in Saxonia fuerit unitum, imò ne quidem uniri petitum, quemadmodum ex disignatione tam Apostolica quàm Cæsarea Monasteriorum Societati applicandorum & associandorum videre est, in qua minimè illud continetur. Ut proinde contrarium à F. Romano & Domnis Prælatis gratis assumatur. Prætereo, quod d. Monasterium *Dernburg* primitus non Ordini Cistertiensium, sed Augustinianorum Regularium fuerit fundatum, quibus tandem propter irregularem vitam per Reverendissimum & Illustrissimum Principem *Magnum* Antistitem Hildesiensem, Ducem Lauenburgicum, &c. sub annum 1447. expulsis, illud ipsum Cistertiensibus traditum fuit, teste Meibomio *in Chronico Riddageshusano*, prout *in tract. 2. Resolut. q. 6. c. 2.* videre est. 4. *De Dernburg.*

Omitto similiter inverisimile esse, quod Reverendissimus & Illustrissimus Princeps & Episcopus Osnabrugensis, Mindensis & Verdensis Ordinarionem & dispositionem Apostolicam, si quæ de Monasterio *Dernburg* ad fuisset, uti non, Urbani VIII. sui Superioris ullâ ratione fuisset infracturus. Siquidem quod Pontifex confirmavit, non est Inferioris infirmare. Bald. *in d. l. rescripta sub n. 8. C. de precib. Imp. offer.*

Insuper si verum est, quod F. Romanus & Domni Prælati asserunt, in Monasterium *Dernburg* vigore primæ fundationis & Concordatorum Germa-

niæ fuerunt introducendi ii, pro quibus illud primitus fuit fundatum, quomodo potuerunt Cistertienses exclusis Augustinianis Regularibus istuc introduci. Cum pro iis non primitus fuerit fundatum. Num fortè in orbe Christiano non ulli alii existebant Augustiniani Regulares, quibus juxta erroneam F. Romani doctrinam illud tradi nequibat? Sed de his *in tract. 2. q. 6. c. 2.* pluribus est actum.

Denique quàm perperam, quamque malè huc Concordata Nationis Germanicæ allegentur, *in d. tract. 2. q. 6. c. 2. resolutione* fuit ostensum. Cum omnino non de Monasteriis Conventu destitutis loquantur.

Ac ne ullus alicui ambigendi locus relinquatur, quòd nec Griffen, nec Arnoldstein, nec Dernburg fuerint Societati nostræ unita, sequens produco documentum, in quo simul literaria aliqua documenta & decreta, quæ in causa *VVoltigerodana* judicialiter emanarunt, summatim referuntur. Ita verò se documentum habet.

Nos infrà scripti attestamur, *Nobis à R. Patre Joanne Crusio Societati Iesu expositum esse, qualiter F. Romanus Hay Ord. Sancti Benedicti* in aula sua Ecclesiastica & Horto Crusiano sub allegat. 477. n. 6. atque in aulæis Supplicatione 1. n. 5. & 7. *evulgaverit, quod sub Clemente VIII. duo Monasteria Griffen Præmonstratensis & Arnoldstein Benedictini Ordinum in Carinthia Patribus Societatis Iesu jam jam tradenda & incorporanda ad Episcopi Bambergensis factam informationem circa annum Domini 1610. ex Radice Concordatorum, posthabitis prioribus Rescriptis seu Indultis Pontificiis in pristinum Religionis statum reposita fuissent; & novissimè Anno 1633 Patres Societatis aliquot Bullas Apostolicas pro unione quorundam Monasteriorum Hildesiensis Diœcesis nominatim* Dernburg *ordinis Cistertiensis, aliisq; ab Vrbano VIII. sub variis prætextibus boni publici & Erectionis Seminariorum inscius partibus impetrassent, quæ à Rmo & Illmo. Principe & Episcopo Osnabrugen', Mindensi ac Verdensi velut Apostolico & Cæsareo Commissario (ut accepisse se dicit F. Romanus) non acceptata, nec executioni mandata, sed repudiatis earum impetrantibus, antiqui Ordines, quibus præfata Monasteria vigore primæ fundationis & Concordatorum Nationis Germanicæ debebantur, in possessionem eorundem Apostolicâ & Cæsareâ authoritate restituti fuissent. Tum etiam quod P. Hermannus Baving Anno 1631. curarit ex Monasterio VVoltigerode Præpositum, jactis prius aleis per milites educi, ipsumq; Monasterium, admirante Illmo. Principe Osnabrugensi virginibus à sua Celsne. introductis, atq; à Præfato Patre ejectis occupari, ad quod Cistertienses authoritate Cæsareâ fuerint, in integrum restituti.*

Cum tamen nullum præfatorum Monasteriorum, si VVoltigeroda excipiatur, fuerit Societati deputatum, vel assignatum, & Clemens VIII. Monasterii Arnoldstein, uti & Monasterii Dernburg Vrbanus VIII. ac R. P. Gosvvinus Nickel id temporis Provincialis in mandato suo procuratorio pro VVoltigeroda & alio quodam Monasterio authoritatibus Apostolica & Cæsarea occupando dato ne quidem meminerint, neq; eorundem in Catalogo Apostolicæ Sedi oblato ac Cæsareo Societati

Vnien-

Vniendorum fiat mentio, tum Monasterium Griffen *non Societati, sed Bursæ & Collegio Pauperum studiosorum adolescentum Academiæ Græcensis fuerit à Clemente VIII. unitum, atq; ab Archiduce Carolo applicatum. Quare autem unio illius Monasterii non fuerit sortita effectum, non constet.*

Adhæc in Monasterii VVoltigerodani possessionem juxta præfatum Cæsaream Catalogum Rmus. & Illmus. Princeps atq; Episcopus Osnabrugensis tanquã Executor Apostolicus & Cæsareus cum Sermi. ac Rmi. principis ac Dni Dni Ferdinandi Electi Archiepiscopi Coloniensis S. R. I. Electoris atq; Episcopi Hildesiensis p. m. assensu & Commissione 24. *Dec. Anno* 1630. *accepta, non virgines, sed Societatem Iesu Anno* 1631. *mense Martio immiserit, jusseritq; eam contra quoscunque in præfati Monasterii possessione indeptâ ab Hildesiensibus ministris & officialibus suæ Celsnu. subdelegatis Commissariis, manuteneri ac defendi, quemadmodum etiam postea, ubi per virgines aliquas Societas Jesu turbabatur, ab iisdem defensa fuerit. Siquidem* 5. *April. præfati A.* 1631. *Vice-Amptmãno in VVidelahe Henrico Burchtorff demandârint, ut ex commissione Cæsaris, Illustrissimiq; Principis ac Episcopi Osnabrugensis Apostolici & Cæsarei Commissarii si, scientibus & consentientibus summo Pontifice ac Sermo. Principe Electore Coloniensi, Episcopo Hildesiensi Ferdinando f. r. acceptâ Societatem Iesu in possessione Monasterii VVoltigerodani pro Novitiatu Goslariensi concessi manuteneret, atq; omni remota vi & scandalo tueretur, & si virgines à turbatione nõ cessarent, eis ad victum necessaria subtraherentur, quò ita abscedere cogantur. Quâ viâ cùm nihil proficeret, Vice-Amptmannus* 8. *April. rescripserit, se inaniter de discessu cum Virginibus complures horas suaviter egisse. Earum tamen Patrem Præpositum istic præsentem manu per unum militem comiter apprehensâ curasse educi, ipsiq; nomine DDn. subdelegatorum Cõmissariorum regressu in Monasterium interdixisse, ne præsens Virgines in sua pertinacia confirmaret; unde ipsi Vice-Amptmãno Burchtorff à præfatis DDn. Subdelegatis* 10. *April Anni* 1631. *demandatum, ut virgines in d. Monasterium intrusas omni meliore modo & viâ, quâ posset, commodè educeret, Societatis verò Patres in sua possessione non tantùm in præsens, sed & in futurum contra vim omnem, ac contra quoscunq; manuteneret, tum sequenti* 11. *April. die injunctum, ut eas Virgines tanquam Nobiles personas honestè curaret educi, nec sub dio relinqueret, sed illis à Societatis Patribus rheda vel alius currus honestus procuraretur, quò Goslariam honestè reveherentur, quemadmodũ etiam ipsis P. Gerhardus Crapolius Superior se obtulisse scribit. Quin etiam S. C. M. literis ad Sermum Coloniensem, Episcopum Hildesiensem p. m. Anno* 1644. 15. *Mar. datis, non Ordinem Cistertiensem sed Societatis Iesu Patres* juxta art. 17. Capitalis Recessus inter suam Serenitatem & Duces Brunsuico-Lunæburgicos habiti in *adepta Monasterii possessiõe manuteneri, atq; ad interversam naturalem ejusdem Monasterii possessionem restitui ac redintegrari Clementissimè jusserit.*

Deniq; Sacra Cardinalium Congregatio de fide propaganda Romæ 21. *Maii Anno* 1630 *Illmo. Principi Osnabrugensi responderit, Societati Iesu applicationem fieri posse ex Monasteriis Monialium defunctarum vel extinctarum.*

§. 2 Ad

In fundationũ literis nulla fit mentio Monasterii Arnoldstein.

Griffen assignatur pauperibus studiosis.

Ad quam præfati R. P. Joannis Crusii expositionem nos inspectis Ferdinandi II. Anno 1602. Archiducis, postea Imperatoris literis, quibus fundationes Dn. Parentis ipsius Ser. Archi ducis Caroli in diplomatibus Rudolphi II. & Clementis VIII. insertæ continentur, deprehendimus, quod in iis nulla Monasterii *Arnoldstein*, sed duorum aliorum fiat mentio, quorum alterum in Stiria Alumnis sustentandis, alterum *Griffense* in Carinthia tenuioris fortunæ Studiosis assignatum legimus, ac insuper ex literis admodum R. P. Gregorii Turcowictz Hungariæ Provincialis ad præfatum P. Joannem Crusium 26. Junii & 11. Aug. 1651. datis notavimus, quod modo nominatus R. P. Provincialis scribat in hæc verba. *Qua autem causa fuerit, quòd intentum Ferdinandi b. m. non successerit, à nemine intelligere potui. Circa Monasterium Arnoldstein nihil rescire potui, & plerique putant, Archiducem nunquam apud suam Sanctitatem egisse pro iis Monasteriis, in quibus etiam paucissimi Monachi fuerint, sed tantùm de iis, quæ omninò defecerant.*

De Dernburg nulla fit in ullo Catalogo nonionum mẽtio

Deinde Monasterii *Dernburg* nullam in Catalogo Apostolicæ Sedi oblato ac Cæsareo nobis sub sigillo Cæsaris ostenso vel etiam in mandato R. P. Goswini Nickels Provincialis R. P. Gerhardo Crapolio Superiori Societatis Jesu Goslariæ 28. Jan. A. 1631. dato, fieri mentionem vidimus, licet dictum R. P. Provincialis mandatum præter Woltigerode etiam alterius cujusdam Monasterii in Catalogo Cæsareo designati ac Societati assignati meminerit.

Processus negotii VVoltigerodani summatim ex literariis documentis refertur.

Tum quod ad Monasteriũ *VVoltigerodanũ* attinet, invenimus, quod jussu Sermi. & Revmi. Archiepiscopi Coloniensis Principis Electoris, Episcopi Hildesiensis Dn. Maximiliani Henrici 3. Oct. 1651. Suæ Serenitatis Consiliarii Hildesienses sub sigillo Cancellariæ ac manu Secretarii Liborii Bundrock 10. Nov. 1651. in causa Woltigerodensis Unionis Societati factæ 1. transmiserint Sermi. Principis Electoris Coloniensis Episcopi Hildesiensis D. Ferdinandi p. m. Commissionem Bonnâ 14 Decemb. Anno 1630 qua Patres Societatis Jesu Goslariæ in possessionem Monasterii Hildesiensis juxta Apostolicam & Cæsaream designationem pro fundatione Collegii Goslariensis immittantur. 2. Recessum D. Cancellarii & Consiliariorum. Hildesiensium ad Vice-Amptmannum in Widelahe 5. April. Anno 1631. 3. Responsum Dn. Vice-Amptmanni Henrici Burchtorf 1. April. d. A. 1631. tum 4. geminatos Recessus 10. & 11. April. d. Añi 1631. Dn. Cancellarii & Consiliariorũ ad eundem Vice-Amptmañum missos, quorum omnium summam & argumentum vidimus cum superius recensitis convenire. Neque in iis deprehendimus, quod aut Illmus Princeps Osnabrugensis, illi Patribus Societatis factæ Unioni ullatenus contradixerit, sed potius ex documento Executionis publico cognovimus, quod sua Illma Cel. nomine Apostolico & Cæsareo suis DD. subdelegatis Commissariis Conjunctim ac divisim Præfati Monasterii Unionem Societati factam executioni mandare jusserit. Neq; etiam ullatenus ex iisdem literariis documentis colligere potuimus, quod eductio P. Præpositi jussu R. P. Hermanni Baunge, sed Henrici Burchtorff Vice-Amptmanni fuerit facta, uti superius ex hujusce literis 8. Ap. ad DD. Consiliarios Hildesienses allegatis videre est.

ad D.. Ia-

Insuper ex Cæsareo rescripto Viennæ 15. Martij Anno 1644. ad Serenissimum Principem Electorem Coloniensem &c. dato cognovimus, quod Sacra Cæsarea Majestas *juxta articulum* 17. *Capitalis Recessus transactionis inter Serenissimam suam Celsitudinem & Celsissimos Duces Brunsvvico-Lunaburgicos initæ* ad præfatum Monasterium Woltigerodanum, aliaque, quæ inter nequaquam *Dernburgum* numeratur, Societatis Iesu Patres, non verò Cistercienses plenariè restitui, Clementissimè voluerit.

Votum S. R. E. Cardinaliũ pro Societate.

Denique in *Voto Cardinalium* S. Congregationis de fide propaganda invenimus, R. R. Patribus Societatis Iesu ex Monasterijs Monialium defunctarum aut extinctarum applicationem fieri posse, prout pluribus in originalibus & exemplis nobis ostensis videre licet.

In quorum præmissorum omnium & singulorum fidem hoc præsens scriptum subscripsimus & subsignavimus. Actum Coloniæ mense Majo 1652.

Balthasar Rühl Ecclesiæ Aschaffenb: SS. Petri & Alexandri Can. Capit. m.p.
L. S.

L. S.
Herman Fridericus von Hedeman
Christian Adolph von Galen
L. S.

Adamus Philippus à Balck
L. S.

Philippus Phingsthorn I. V. D. Collegiatæ Ecclesiæ S. Severini Coloniæ Can. Capit.
L. S.

Arnoldus Henricus à Friesendorp.
L. S.

Matthias Phingsthorn I. V. L. Cathedralis Lubecensis & Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Andream Coloniæ Canonicus. m.p.
L.S.

EX suprà adductis colligere licet, quàm F. Romanus infideliter & falsò allegет, ac falsissima quæque pro veris venditet.

δ 3 §. III.

§. III.

De Monasterijs Lipstadiensi & Keppelensi.

De Monasterio Lipstadiensi.

QUod ad Monasterium Lipstadiense attinet; sciendum est, 1. quòd illud in urbe Lipstadiensi Comitatus Marchiæ &c. in Westphalia, diœcesis Coloniensis situm, fuerit unum ex Congregatione Saxonica Eremitarum Ordinis S. Augustini, quæ non ab *Andrea* Proles, ut perperam vulgò traditur, sed ab ejus prædecessore *Henrico Psalterij* primo Vicario in Concilio Basileensi circa annum 1442. impetratâ Bullâ cœpit, postmodum ab Alexandro Papa VI. confirmata, atq; à reliquo Ordine S. Augustini exempta, Generalisq; obedientiæ subtracta fuit, ita ut à reliquo Ordine S. Augustini divulsa, nullam bonorum ac regiminis communionem retinuerit, quemadmodum videre est apud Prosperum Stellartium *in fundaminibus & Regulis omnium Ordinum, in disquisitionib. historicis super Regulam S. Augustini pag.* (*mihi*) 322. & ex parte apud Aubertum Myræum *Originum Monasticarum lib.* 3. *cap.* 16. Iosephum Pamphilum, Signinum Episcopum *in Chronicis Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini impressis Romæ* 15. *ad Ann. Christi* 1497. *Nicolaum Crusenium Augustiniani Ordinis SS. Theol. Doctorem, & per Bohemiam, Austriam, &c. Visitatorem, in Monasterio suo Augustiniano part.* 3. *cap.* 51. §. *Germaniæ Reformationi.*

2. Quod fama communis habeat, ejus Monasterij Religiosos à fide Catholica Apostatas civitatẽ Lipstadiẽsem vicinasq; loca Lutheranismo imbuisse, quando Lutherus ejusdẽ Congregationis Saxonicæ Religiosus, qui cũ Spangenbergio in eodem Monasterio suum olim habuit cubiculum, à fide Catholica defecit.

Quæ fama exinde quoque confirmatur, quòd Anno 1544. Prior Bernardus VVegman & Procurator Ioannes Menze totusque Conventus Monasterium illud cum omnibus reditibus tam intra, quàm extra civitatem, cum omnibus ejusdem juribus cesserint & resignaverint ad manus Senatus Lutherani Lipstadiensis ad erigendam inibi Scholam Lutheranam, atque ad alendum in dicti oppidi æde summa Prædicantem, idque cum approbatione istius loci Iudice Antonio VVesterman, ut *ex literis desuper confectis, atq; in Archivo ejus asservatis* videre est, quæ ita se habent;

Literæ cessionis & translationis d. Monasterij à Monachis Augustinianis, Congregationis Saxonicæ factæ.

Wy Bernhardus, Wegmann Prior, Ioannes Menße Procurator, vnnd sämbtliche Convent vnd Inhebber S. Augustini Klosters binnen der Stadt Lippe/ doen kund vnd bekennen / nah dem benöhmte Kloster anfänglich totter Gottlicken Ehr van milden Allmosen gesunderet/ gestifftet/ vnd doteret ist worden/ vnd vnser Vorfahren alle Hillige Tage thon ewigen tyden in vnser leven Frowen Kercken durch einen geschickten Prediger dat Gottliche Wort verkundigen tolaten sick verplichtet / welckes vns ouch van bey den vnsern gnädigen

Fürsten

Fürsten vnd Heren to vollen forende opgelagt/vñ to deme gebörlickẽ Gottesdeen ste to gewarden/Nun befind sick in Warheit/dat wy solckes vth gebreck der Personẽ ock Alters vnd Kranckheit/ock der vorenthaltung vnser Renten halver/nit lang erholten können oder mögen / wolten jedoch vngern solcke Elemosyne anders dan tho Gottlicker Ehre gekehret wurden / vnd darumb dee köstlicke Christlicke Wolmeynunge/vermög der vtgegangener vnserer Genädigen Heren Ordnung / dat man in den Clostern gelerde Scholmeister tho Vnderwiesung der jungen Gesellen billich erholden sölle / beherriget vnd gedacht / vnd darumb vth grundlicher Bewilligung vns deß vereiniget/bewilliget/vnd vergütet /in Krafft deses Breses solck vnser Kloster mit allen Timmern vnd gebewen / Clenodien/ Ornamenten/Gülden vnd Renten/Breuen vnd Segelen / binnen vnd Buten der Stadt Lippe gelegen/mit allen nichts davon vtgescheden / so dee tho vnserm Closter gehörig sint/dat eine ordentlicke Particular Schole mit gelerdẽ Scholmeistern in behoff der Jogent/vnd tot Gottlicker Ehre dem gemeinen besten darin angerichtet / vnnd dartho solck Closter vnd Renthe tho den ewigen Tagen gebrucket/vnd dat dee Predige/dartho wy verplichtet/ thon ewigen tyden durch einẽ Gelerden alle Hillige Tage möge verwahret ende vollefohret werdẽ. Hebben darumb dee Ehrbarn Vorsichtigen Burgermeistern vnd Rath deser Stadt Lippe solckes tho verfolgende/vnd tho ewigen Dagen na deser vnser Andacht daby tho erholden gekoren/gebeden vnd angesocket/vnd daruff solck vnser Closter mit obgedachter aller thogehör tot oirer vnd erer Nachkommelinge alle tyde eines Ehrsamen Raths Macht vnd Hande gestellet vnnd overgegeven mit sothanen bedinge vnd Bewilligung / was man boven der Prædicanten Besoldigung von Kercken vnd Geistlicken Renthen eröfferen könne / sollen vnnd wollen sie damit bestellen/vnd solcke vnsere Andacht vnd Stifftungen tho ewigen Dagen erhalden. Vnd were es sacke/dat mehr wat von obgedachten Gulden vnd Renthen Jahrlichs eroferen konde/Sall in behoff eines armen Borgers Sohn / der sick tot hoher Schole vnnd Lehre ergeven wolde / gebrucket vnnd angelagt werden.

Dat wy jetzige Burgermeister vnd Rath vor vns vnd vnse Nachkommelinge et also thonnewigẽ Dagẽ solle geholden werden/vnd wie obstehet/volsohret bewilliget / ingerühmet vñ angenohmẽ hebben/sonder alle Argelist vnd Geferdẽ. Vnd deß in Bestetigung der Warheit hebben wy Prior vnd Convent vnse Segel an desen Bref gehangen/vnd dergliken wy Burgermeister vnd Rath vnser Statt grote Segel vor vns vnd vnse Nachkommelinge ere bede mede an desen Bref doen hangen.

Vnd Jck Tonniß Westerman Richter thor Lippe bekenne/dat dese Verwilligung vpdracht vnd verticht vor my also verhandlet ist/dar ock myn Orkund ovent fangẽ vñ dorch obgedachte Partey bede willen mines Ambts Jnsegel ther Kundtschap mede an desen Bref gehangẽ hebbe/dat mede kundig ist dẽ Würdigẽ

vnd

omni sæculo conservetur, quia & si quid ex prædictis annuis reditibus & censibus reliquum foret, id ad stipendium pauperis cujusdam Civis filii ad Universitatem & studia animum applicaturi impendatur atque erogetur. In quod nos Consules præsentes ac Senatus pro nobis nostrisque posteris in æternum ita observandum & supra scripto modo adimplendum consensimus, concessimus & acceptavimus absque omni fraude & dolo. Atque in testimonium veritatis nos Prior & Conventus nostrum sigillum hisce literis appendimus, uti & nos Consules atque Senatus majus Civitatis nostræ sigillum pro nobis nostrisque posteris ad eorum instantiam simul ad hasce literas appendi curavimus: Et ego Antonius Westermann judex Civitatis Lippiæ attestor, quod hæc transactio, cessio & renunciatio coram me ita est peracta, ac desuper recognitio facta, tum ad utriusq; supradictæ partis petitionē meum officii sigillum in testimonium his literis simul affixi, præsentibus Reverendo & spectabili Domino Marco Beñen & Consule Johanne Salen, testibus ad hoc rogatis & requisitis. Datum Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto die Jovis post Philippi & Jacobi Apostolorum.

L.S. L.S. L.S.

EX hisce literis videre licet, quod ipsimet Monachi Augustiniani incolæ Saxonicæ Congregationis illud Monasterium cum omnibus suis an- & connexis ac reditibus in alios usus jam ab anno 1544. cesserint ac transtulerint, neque unquam postea cessionem à se factam revocaverint, neque alii ex aliis Monasteriis ab octoginta circiter annis etiam sub Catholicis principibus Wilhelmo p. m. ejusque successore Illmo. Joanne ac Serenissima Lotharingiæ Ducissa istic locorum omnia administrantibus, contradixerint, nec quicquam contra moverint, nedum repetiverint, sed in manibus acatholicorum istud reliquerint, à quibus tandem Catholici recuperarunt, egeruntque patrocinante & urgente maximè Serenissimo Principe ac Domino, Domino Wolffgango Wilhelmo Comite Palatino Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium Duce, Comite Marchiæ, &c. Apud summum Pontificem Gregorium XV. ut idem Monasterium à Monachis cessum & tanto tempore Conventu destitutum ac tandem recuperatum Societati nostræ ritè ac legitimè associaretur & uniretur, prout etiam sua Sanctitas ipsum Anno 1621. 16. Julii per Breve Apostolicum Societati nostræ univit & incorporavit, vigore cujus Societas nostra possessionem ipsius Anno 1621. adepta est, eamque continuavit, non obstante, quod bellicis hisce temporibus sub initium in possessione sua turbaretur, ad quam Anno 1623. plenariè restituta est, ita ut eam ab isto tempore & deinceps Kal. Januarii 1624. sequentibusque annis reipsa usque ad Añum 1633. pacificè possederit, ac solita Societatis nostræ munia, in juventute literis & pietate instruenda, concionibus ad populum habendis, sacra-

mentis administrandis obierit, demum præfato Anno 1633. 31. Maii per Andream Westermann ejus loci judicem assumptis 30. vel 40. militibus ac fabris ferrariis violenter possessione suâ naturali dejecta fuit, ne parcito quidem istic patre ad mortem decumbente, tum ipsius Ecclesiæ ornamentis, sacris vasis, hierothecis, calicibus, vestibus, bibliothecâ, documentis, scriptis, universâque suppellectili domesticâ direptis, prout literariis documentis in Aulæ Cæsaris est demonstratum; ad quorum omnium restitutionem, possessionemque redintegrandam ex Commissione Cæsarea 16. Nov. Anno 1651. conformiter Instrumento pacis *art.* 5. §. 12. data, Societas nostra venit restituenda, & ut restitueretur, Serenissimus Archidux Dn. Leopoldus Wilhelmus ad Serenissimum Principem Electorem Brandeburgicum Fridericum V. Vilhelmum. 11. Febr. 1652. intercessionales dedit literas.

Cui Restitutioni frustra se opponunt quidam Augustiniani, quasi ipsi *ex d. art.* 5. §. 9. *vers. omnia quoque Monasteria*. in d. Monasterio Lipstadiensi essent restituendi. Cum hoc directè præfato Instrumento pacis repugnet; in » *cujus art.* 5. §. 12. *in princ.* expresse est cautum, ut Statuum Catholicorum Land- » sassii, Vasalli & subditi cujuscunque generis, qui sive publicum sive privatum » Augustanæ Confessionis exercitium Anno 1624. quacunque anni parte, sive » certo pacto, aut privilegio, sive longo usu, sive sola denique observantia dicti » anni habuerunt, retineant id etiam imposterum una cum annexis, quatenus » illa dicto anno exercuerunt, &c. nec minus maneant in possessione omnium » dicto tempore in potestate eorundem constitutorum templorum, fundatio- » num, MONASTERIORUM, hospitalium cum omnibus pertinentiis, » reditibus & accessionibus. Et hæc omnia semper & ubique observentur, &c. » Turbati aut quocunque modo destituti verò, sine ulla exceptione in eum, » quo anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto fuerunt, statum plenariè » restituantur. Idemque observetur ratione subditorum Catholicorum Augustanæ Confessionis Statuũ, &c. Unde cùm in civitate Lipstadiẽsi, quæ est ditionis Augustanæ Confessionis Status Kal. Januar. & toto Anno 1624. præfatum Monasterium non in Augustinianorum, sed in Societatis nostræ potestate fuerit constitutum, ipsaque in ejus possessione fuerit, ac longe post subsequenti Anno 1633. non Augustiniani, sed Societas nostra fuerit turbata & destituta; citra dubium non Augustiniani, sed Societas nostra sine ullâ exceptione in eum, quo d. Anno 1624. fuit, statum plenariè erit restituenda. Accedit quod in arctiori modo exequendi definiatur, ut nullo alio attento solum nudum factum possessionis bonorum Ecclesiasticorum ac Monasteriorum præfati Anni 1624. Kal. Jan. attendi debeat. Atqui attento solo nudo facto possessionis præfati anni 1624. non Augustiniani sed Societas nostra suprad. Monasterium Lipstadiense re ipsa ac facto possedit. Igitur &c. Qui autem Monasterium aliquod d. anno 1624. Kal. Jan. realiter possederunt, ac postea possessione sua destituti fuerunt, etiamsi subditi sint CUJUSCUNQUE GENERIS,

NERIS,

NERIS, ii plenarie ad eam possessionem restituendi sunt *d. art. 5. §. 12. d. arctiori mod. exeq. atq; in pacis Recess. prælim. & Capitali.*

Neque in contrarium pro Augustinianis facit, *d. art. 5. §. 9. vers. omnia quoq;* ubi dicitur, *omnia quoque Monasteria, fundationes & sodalitia mediata, quæ die prima Ianuarii, Anno millesimo sexcentesimo vicesimo quarto Catholici realiter possederunt, possideant & ipsi similiter, ut & in Augustanæ Confessionis statuum territoriis & ditionibus sita sint; non tamen in alios Religiosorum Ordines, quàm quorum Regulis primitus dicata sunt,* COMMUTENTUR; *nisi talium Religiosorum Ordo planè interciderit, &c.*

Nam 1. ipsi Augustiniani præfatum Monasterium Lipstadiense Kal. Jan. 1624. non possederunt, sed Societas nostra, ut palam est. Nudum autem factum possessionis seu sola observantia d. anni 1624. Kal. Jan. quoad restitutionem faciendam attendi debet, *ex d. arctiori modo exequendi. & d. art. 5 §. 12. Instrum. Pacis.* 2. d. Monasterium Lipstadiense non hodiernis Augustinianis, sed Augustinianis Congregationis Saxonicæ olim fuit dicatum. At ea Congregatio Saxonica fuit Congregatio per se ab Ordine Augustiniano independens, ab eoq; divulsa, & nihil cum eo commune habuit; quæ Congregatio Saxonica ob hæresim introductam planè intercidit, atque extincta fuit, ejusque Monasteria in alios usus conversa fuere, sicuti Collegium Antuerpiense in parochialem S. Andreæ Basilicam est conversum. Videatur Aubertus Myræus *de Orginib. Monast, lib. 3. c. 16. juncto* Carolo Scribanio *in Originib. Antuerpianis c.* 11. alia aliis usibus fuêre deputata. Cum igitur hodierni Augustiniani nec sint, nec unquam fuerint Congregationis Saxonicæ, neque hæc illorum Ordini communicarit, sed ab eo fuerit independens & exempta, qua ratione volent hodierni Augustiniani Monasterium à se independens, nec sui Ordinis & quidem contra dispositionem Apostolicam, atque ex ea jus à tertio, nimirum à Societate nostra etiam conformiter instrumento pacis per possessionem Kal. Jan. Anno 1624. habitam acquisitum sibi petere, nisi velint decimum decalogi præceptum divinum violatum ire.

3. Quia non hic de Monasterii commutatione, sed Kal. Jan. Anno 1624. habitæ possessionis & postea per vim destitutæ restitutione agitur. At si non Societas nostra, quæ Kal. Jan. d. Anno 1624. in præfati Monasterii possessione fuit, veniret restituenda, sed Augustiniani & quidem Congregationis non Saxonicæ, tunc Monasterium non in eum statum, quo Kal. Jan. Anno 1624. fuit, plenariè restitueretur, sed commutaretur, quod d. Instrumento pacis *art. 5. §. 12. & d. §. 9. vers. omnia quoque Monasteria* directò contrariaretur. Siquidem *priori loco* jubentur Monasteria in eum, quo d. Kal. Jan. Anno 1624. fuerunt, plenariè restitui; *posteriori* verò expresse prohibentur Monasteria commutari.

4. Quia Augustiniani Congregationis Saxonicæ, qui olim hoc Monasterium Lipstadiense tenuerunt, illud spontè cesserunt, *ut ex supra recitatis literis cessiōis* videre est, ac donarūt, ideo nō poterunt illud Augustiniāi seposito eti-

am jure quod interea Societas nostra ex Concessione Apostolica, atque ex possessione Kal. Jan. Anno 1624. habitâ consecuta est, si qui forent Congregationis Saxonicæ, quales non sunt, ullatenus petere sibi ex d. Instrumento pacis restitui; cum expressè *in d. Instrumento Pacis art. 4. sub fin.* hisce verbis disponatur; A dicta tamen universali restitutione excepta sunto, quæ restitui vel redhiberi nequeunt &c. Sponte donata, &c.

Taceo, quod si non possessio Kal. Jan. Anno 1624. habita veniret attendenda, sed *in d. art. 5. §. 9. vers.* omnia quoq; Monasteria, &c. sensus Monachorum Augustinianorum; jam ex eodem sensu acatholici detentatores Monasteriorum, non attento, quod ea Kal. Jan. 1624. occupata tenuerint, ad restitutionem Monasteriorum eorundem Monachis faciendam ex inde compelli possent. Cum quoad hoc *in instrumento pacis art. 5. §. 1.* Catholici & acatholici à pari censeantur. Atqui consequens illud nemo non agnoscit absurdum; Igitur & antecedens Monachorum absurdum erit.

Ex hisce palam est. 1. quod Augustiniani præfatum Monasterium Lipstadiense nullo jure nullave ratione sibi petere possint; at petendo contra dispositionem Apostolicam & Instrumentum pacis, arctiorem modum Exequendi, Recessus pacis præliminarem & Capitalem directo veniant, illaque impugnent. Econtra verò 2. quod Societas nostra ad d. Monasterii Lipstadiensis possessionem Kal. Jan. Anno 1624. habitam, atque Anno 1633. vi interversam, veniat conformiter d. Instrumento pacis restituenda.

Opinio cujusdam D. Prælati de Keppel. Refellitur. Circa Monasterium Keppel Præmonstratensium nonnemo Prælatus, movit, *Patres nostros Sigenenses d. Monasterii Keppellensis possessionem primo solenniter apprehendisse, quam ipsum illis à sede Apostolica fuerit unitum aut incorporatum*; Sed fallitur: Siquidem constat; Diploma Apostolicum, seu Breve Urbani Papæ VIII. fuisse 18. Julii Anno 1626 datum, quo accepto Illustrissimus Comes Dominus Joannes Nassovius 9. Nov. remotis primum in mense Julio septem, quæ duntaxat supererant & aderant, virginibus acatholicis, Societati illud obtulit; Societas verò illius vigore 14. Septembris Anno 1626. possessionem nominati Monasterii solenniter & legitimè apprehendit, quam & Sacra Cæs. M^ts^ sub Annum 1628. 4. April. confirmante hucusque continuavit, donec per acatholicos Comites Nassovios in ea inquietata fuit, obtendentes in illud vigore Instrumenti pacis heterodoxam Abbatissam, cum pseudo-moniali superstite restituendam, aliasque substituendas esse, cum tamen in d. Instrumento pacis & controversia causæ Sigenensis expressè ibidem in *art. 4 §.* quod controversiâ Nassau Sigen, &c. excipiatur, & Abbatissa istic Año 1624. 1. Jan. non habuerit ullatenus usum facti, (qui tamē solus ex arctiori modo exequendi erat attendendus) Virgines alias substituendi, quòd eam sibi soli Comites usurparent, & quidem 1. Jan. 1624. solus Comes Joannes teneret, ipsaque Abbatissa solam suam ex propria confessione haberet ibi sustentationem. Neq; etiam Monasterio acatholico, æquivocè vocato monasterio possint appli-

plicari ea, quæ Catholicis Monasterijs formaliter & essentialiter tribus votis paupertatis, castitatis & obedientiæ illigatis, sed ab Acatholicis exosis, applicantur, per not. Raud. *in tract. de Analog. æquivocis*. Sed de his alibi erit locus agendi.

Quinimò si aliquæ Virgines de facto istic restituendæ essent, non possent plures, quam cir. Anno 1624. 1. Ian. fuissent, restitui, per *text. in d. instrum. art. 5. §. 9. vers. omnia quoque Monasteria* &c. ibi; numero prorsus eodem, qui die 1. Ian. Anno 1624. ibidem repertus fuit.

§. IIII.

De Monasterijs Franckenthal, Pontis salutis, Oppenheim & Domo Ortenburgica &c.

F. ROmanus *in Aulaeo suo art. VII. num. 48. & seqq. usque ad num. 51. pag. 512.* 513. varia *allegat*, interque ea refert, *quod duo Domini de Dalberg Philippus Balthasar, & VVolffgangus VVormatiæ ult. Aug. Prælato in Euserthal interroganti responderint; se pro Monasterio Franckenthal in Societatem Iesu transferendo nunquam institisse, imò ipsos & totam Nobilitatem circuli Rhenani S. C. Majestati missâ legatione Anno 1630. pro Monasteriorum, imprimisque Monasterij Pontis Salutis* Heylsprück *recuperatione supplicasse*: additque *in Aulais §. IV. num. 22. & seqq.* suæ Sanctitati *Vrbano Papæ VIII. Spirâ Nemetum 7. Martij datis literis pro Monasteriorum inprimis Pontis salutis* Hellsbrück *(Oppenheimij) recuperatione institisse*. Quæ Prædicans Hulsius *in suo artis Pelasgæ specimine pag. 22.* ex eodem F. Romano Hay refert. Econtra, *quod neque credibile sit, à defuncto Episcopo VVormatiensi ejusmodi donationes confirmatas; Siquidem eas nec ipse nec Domini de Dalberg apud posteritatem defendere potuissent; cum illis notum esset, ejusmodi donationes ultimis Fundatorum voluntatibus contrariari, adeoque justitiæ repugnare, ac Transactioni Passavienssi, paci Religionis, Concordatis Germaniæ, omnique æquitati directè reluctari.* Hæc F. Romanus, & ex parte Hulsius. Quibus quàm splendidè orbi Christiano imponatur, ex Subjectis litterariis documentis ostendo. Commenta Hajana.

Ex ijs enim patescet. 1. quod efflagitatu Generosorum *DDD Dn. Joannis Georgij, VVolffgangi VVilhelmi, ac Philippi Balthasaris Camerariorum de VVormatia, conditorum de Dalberg* Reverendissimus & Illustrissimus Princeps ac Domnus, Domnus *Georgius Fridericus* id temporis Episcopus VVormatiensis, post etiam Archiepiscopus Moguntinus Kal. Aug. Anno 1626. Monasterium Franckenthal ante Sexaginta annos ab heterodoxis occupatum &c. Societati nostræ associavit atque univit, prout literæ unionis ejusdem loquuntur. Discutitur.

In nomine Sanctissimæ & Individuæ Trinitatis Amen.

NOs Georgius Fridericus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus VVormatiensis & Ecclesiæ Metropolitanæ Mogunt: Præpositus ad perpetuam rei memoriam. Cum pastoralis cura & sollicitudo nostrum angeret animum, eoque magis, quod indies non sine gemitu cerneremus, Episcopatum nostrum temporibus hisce miserrimis calamitate bellorum ita devastatum, ut inde sustentationem debitā non habētes, etiam fidelibus albescente jā messe destitueremur operariis, quos in partem agri Dominici nobis commissam ad propulsandas Hæreses mitteremus. Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, uti & in aliis, ita & in hac consolatus est nos tribulatione. Nobiles enim viri dilecti filij nostri Ioannes Georgius, VVolfgangus Ioannes, & Philippus Balthasar Camerarij de VVormatia, dicti à Dalburg, literis *ad nos datis, in memoriam nobis revocabant, quomodo Erckenbertus b.m. ex ipsorummet Camerariorum de VVormatia Prosapia nobili oriundus, ante quingentos annos fundaverit* Monasterium *Franckenthal, in quo posuit* Canonicos *sub regula B. Augustini, illum in finem, ut Religiosi dicti Cœnobij pro Episcopo VVormatiensi & omni Ecclesia ejus devotius orando, indesinentius laborarent, & in adjutorium Episcopi pœnitentes reciperent, infirmos inviserent: Sed abhinc annis sexaginta circiter dictum Monasterium ab hæreticis occupatum, & in urbem conversum, reditus in alios usus derivatos, invitâ & reclamante Camerariorum familiâ, itaque Fundatores suo fine frustratos: Rogabant igitur ut nos reditus istius Monasterij jam destructi Collegio Societ. IESV in urbe nostra VVormatia, à Prædecessore nostro p.m. VVilhelmo Episcopo VVormatiensi, & Venerabili Capitulo nostro Cathedrali eundem in finem, quo olim Monasterium Franckenthal ab* Erckenberto b. m. *erectum, fundato, auctoritate nostra ordinaria & hæreditaria dignaremur assignare, ut resuscitata Erckenberti b. m. vigeret intentio, & nos in salutem animarum pluribus augeremur operariis. Litterarum dictorum Nobilium Camerariorum, quas hac super re dederunt, ad nos Exemplum de verbo ad verbum hisce voluimus inserere. Reverendissime præsul, Illustrme. Princeps. Erectū quondā est ab Erckenberto b.m. è familia Camerariorum de VVormatia oriundo, Cœnobium Franckenthalense, in quo Canonicos sub regula B. Augustini constituit, & Episcopatui VVormat. assignavit, Beatoque Petro ejusdem Episcopatus Patrono contradidit, eum in finem, ut Religiosi fundati Cœnobij Deo famulantes, pro Episcopo VVormat: & omni Ecclesia ejus devotius & attentius orando indesinentius elaborent, & in adjutorium Episcopi, Pœnitentes recipiant, infirmos visitent. &c. Verba sunt Fundatoris. Quod tamdiu præstitum, donec hæreticorum violentia religiosis ejectis cœnobium in urbem, reditus in alios fines converterit; Nos qui posteri Erckenberti sumus, ex eadem Camerariorum stirpe, gaudemus à Deo nobis oblatam*

latam occasionem reducendi proventus Monasterii destructi in eum scopum, quem si prædictus Erckenbertus b. m. ante quingentos annos præfixit, nempè ad majorem Dei gloriam, Ecclesiæ augmentum, proximorumque salutem, quo cum constat Patrum Soc. IESV studia & industriam collimare, arbitramur, illos proventus in eorum usum derivandos, ut qui VVormatiæ ob exiguam Collegii fundationem operarios non nisi pauculos alere possint, accessione horum proventuum copiosiori manu in VVormatiensem patriam, quæ Palatinatum complectitur, excurrant. Id ut fiat Celsitudinis Vestræ authoritate, cui prædictum Monasterium ab ipso sui primordio, non solum ordinario jure, sed & hæreditaria Successione immediatè semper fuit subjectum, obnixè contendimus; faciet id ad majorem Dei gloriam, Ecclesiæ incrementum, & à Vera fide deviantium salutem, erit quoque Celsitudinis Vestræ decus immortale & nostræ familiæ perhonorificũ, resuscitata insuper vivet prima Erckenberti b. m. fundatoris intentio, VVormatiæ 5. Iunii. anno millemillesimo sexcentesimo vigesimo sexto. Nos igitur Georgius Fridericus Episcopus attendentes, quàm graviter obligaverit nos, & successores Prædecessor noster p. m. VVilhelmus Episcopus cum venerabili Capitulo nostro Cathedrali ad conservandum & augendũ Collegium Societatis VVormatiæ, deinde Operariorum indigentiam summam, & Episcopatus nostri vastitatem, Nobilium denique prædictorum virorum dilectorum filiorum nostrorum Ioannis Georgii, VVolffgangi Ioannis, & Philippi Balthasaris, primariorum nobilissimæ familiæ Camerariorum de VVormatia dictorum à Dalburg, uti & majorum ipsorum desiderium pijssimũ, simul & æquissimũ, non possumus nõ annuere, quin reditus Monasterii Franckenthal jã destructi Collegio Soc. IESV VVormatiæ applicemus. Authoritate igitur non modo ordinariâ, verum & hæreditariâ, qua in Monasterium Franckenthal B. Petro Episcopatus nostri Patrono & Sedi nostræ ab ipso sui primordio immediatè subjectũ fungimur, & semper liberè functi sunt Prædecessores nostri, reditus prædicti Monasterii Franckenthal destructi, cum omnibus & singulis juribus, privilegiis, pertinentiis (iis etiam reditibus, qui ad Monasterium Kirschgarten, olim ab Episcopo VVormatiensi Friderico II. pro Canonicis Regularibus S. Augustini fundatum & anno Christi M.D.XXV. per injuriam eversum spectarunt, ac deinde ordinariâ authoritate antecessorum nostrorum ad Monasterium minoris Franckenthal cum Religiosis trãslati sunt, quorum redituũ rationes cum rationibus Monasterii Franckenthal postmodũ Palatini confuderunt) & cæteris ac si omnia & singula nominatim & expressis verbis hic ponerẽtur, Collegio Societatis IESV VVormatiæ, ex certa scientia & deliberata voluntate perpetuò applicamus, donamus, appropriamus, sperãtes, & omnino fore confidentes, ut P.P. Soc. IESV Collegii VVormat: Zelus & industria, quæ hactenus in tantis angustiis tantoperè emicuerũt, tum domi, tum foris, quà docendo quà concionando, Catechizando, &c. imposterum magis sint emicatura, sicut nostros aliorumque animos magis in se beneficos experiuntur, nostri omnium & benefactorum suorum in precibus & Sanctis Sacrificiis

nomi

non immemores, quod ad majorem sui nominis gloriam & salutem animarum felicissimè concedere dignetur Omnipotens & misericors Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus Amen. Quæ omnia & singula, ut inconvulsa perpetuo maneant, jussimus tria exemplaria, in pergameno sive membrana confici, nostrorumque Episcopi & Nobilium virorum dilectorum filiorum nostrorum Ioannis Georgij, VVolffgangi Ioannis, & Philippi Balthasaris, ut primorum nobilissima familiæ Camerariorum de VVormatia, dictorum à Dalburg Secretorum sive majorum sigillorum appensione, & propria manus subscriptione communiri, eaque Societati IESV dedimus, ut unum ad Reverendum admodum P. Generalem, alterum ad R. P. Provincialem in archivum provinciæ transmittatur, tertium in Collegio VVormatiensi asservetur.

Actum feliciter VVormatiæ Calendis Augusti die vinculis B. Petri Apostoli & Episcopatus nostri Patroni Sacro, anno millesimo, sexcentesimo vigesimo sexto.

Georgius Fridericus Episcopus VVormatiensis.

L. S.

Ioannes Georgius, Camerarius de wormaria dictus à Dalburg.

L. S.

VVolfgangus Ioannes Camerarius de wormatia dictus à Dalburg.

L. S.

Philippus Balthasar, Camerarius de wormaria dictus à Dalburg.

L. S.

P*Resentem copiam, vero, quoad scripturam, ex qua appensa quatuor Sigilla, integro & illaso Originali, verbotenus conformem & collationando consonam inventam, attestor.*

L. S.

Ioannes Philippus Glaser, sacris Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius Publ. appositione Sigilli & manu propriâ.

H*Anc unionem Monasterij Franckentalensis Societati factam à Cæsare confirmari D Dn. Dalbergeri humillime petierunt. Ita enim se habet.*

LIBEL-

Libellus Supplex DDD. Dalbergerorum ad Cæsarem pro Monasterio Franckenthal.

Allerdurchleuchtigster / Großmächtigster Kayser. Allergnädigster Herr.

Es hat Erchenbertus Cammerer von Wormbs seligen andenckens vor 500. Jahren auff seinem eygenthumb Franckenthal 2. Klöster gebawet / groß vnd klein Franckenthal genannt / welcher Renten mitler Zeit vom Papst Eugenio Quarto unirt worden. Das groß Franckenthal/als das vornehmste (in welchem er selbsten ein Geistlich Leben geführt vnd beschlossen / in dem kleinen aber sein Ehegemahl Richlindis) hat er zwar den Canonicis Regularibus S. Augustini übergeben/zu dem end/daß sie neben dem gewöhnlichen Gottesdienst dem jederzeit Bischoffe zu Wormbs sollen mit Beicht hören/Krancken besuchen/vnd dergleichen Diensten beyspringen: Jedoch hat er auch dasselb dem Bischoffe zu Wormbs also undergeben/vnd unterwürffig gemacht / daß Hochgedachte Bischoffen non modo Ordinariam, sed & hæreditariam auctoritatem jederzeit immediatè & independenter in dasselb haben/vnd üben sollen: Wie solches der fundation-Brieff von Burchardo, oder wie er sich auch nennet / Buggone, damals Bischoff zu Wormbs sampt der gantzen Clerisey daselbsten bestättiget / vnd andere documenta gnugsam außweisen. Endlich haben obgemelte Canonici Regulares beyde Klöster/groß vnd klein Franckenthal Año 1561. & 1562. dem Pfaltzgraffen vmb ein schlechtes/so er jedem auß jhnen zahlet/übergebẽ/vnd verlassen. Welcher von deroselben Einkommens vnderschiedliche Prædicanten vnd Schulmeister salarirt vnd erhalten. Wiewol solches von vnseren lieben Voreltern den Cammern von Wormbs genannt von Dalberg seligen / als deß erstgedachten Erckenberti Cammerer von Wormbs im Stammen vnd Namen / Erben vnd Nachkommen/bey Höchstgedachtem Pfaltzgraffen geandet worden.

Weil wir aber solche Gottselige Stifftung vnd Meynung mehrgemelten Erckenberti Cammerer von Wormbs seligen / als derselben posteri nicht gern wolten ersterben vnd erloschen lassen/ haben wir anno 1626. den Hochwürdigen Fürsten vnd Herrn/Herrn Georg Friderichen weyland Bischoffen zu Wormbs nachmals Ertzbischoffen zu Maintz vnd Churfürst/seligsten gedächtnus sampt lichen schrifftlich ersucht/vnd vnterthänig gebetten / daß Ihre Fürstl. Gn. sich jhres in offtgedachte Klöster Franckenthal immediat ordinarii & hæreditarii juris wolten gebrauchen /vnd deroselben Güter/Renten/Zinsen/Einkommens/ Rechte/Gerechtigkeiten/wie sie es jemals gehabt / vnd die Schaffnern daselbsten noch zur Zeit verzeichnet / dem Collegio Societatis Jesu in der Statt Wormbs / so von Wilhelm seligen Ihrer Fürstl. Gn. im Bisthumb Wormbs Vorfahrern angefangen / vnd gestifft worden) übergeben / vnd zueygenet. Vnd solches vmb der Vrsachen / damit die erste Intentio, Meynung vnd

Stifftung offtgedachten Erckenberti selig also wiederumb erweckt. Weil die Patres Societatis Jesu neben gewöhnlichen Gottesdienst deß Nächsten Heyl vnd Wolfahrt mit Beicht hören/Krancken besuchen/lehren vnd predigen/ fleissig außwarten / darneben gemeltem Collegio Societatis Jesu in der Statt Wormbs / als welches wegen sehr schlechter fundation vnd grosser Armuth kaum etliche wenig Personen biß hero erhalten können/ein gedeylicher Vorschub zeitlicher Nahrung geschehen möge. Welches Jhre Fürstl. Gn. mit sonderm gnädigem Gefallen auff- vnd angenommen: Weil sie in jhrem dermassen ruinirten Bißthumb/daß sie auch für jhre eygene Person die nothwendige sustentation auß demselben nicht haben könen/kein anders vnd bequemers mittel wissen zufinden / ehrngedachtem Collegio Societatis Jesu in Wormbs zuhelffen / vnd jhrem anbefohlenem Bißthumb/vnd obgelegenen örtern mit getrewen/empsigen vnd eyfferigem Lehrern vorsehung zuthun.

Deßwegen auch sich bemühet/ solches auffs ehist ins Werck zurichten: Wie dann Jhre Fürstl. Gn. laut beygelegter Copia offtgemelter beyder Klöster groß vnd klein Franckenthal Gülten/Renten/Zinsen/Einkommen/Rechten / Gerechtigkeiten/sampt allem/was denselben gehörig / vnd die Schaffnerey daselbsten jährlich verrechnet / auß wolbedachtem Rath ordinaria & hæreditaria authoritate dem auch offtgemeltem Collegio Societatis Jesu in der Statt Wormbs schrifftlich übergeben / vnd zugeeygnet. Weil nun zu solchem löblichen/Gottseligen/ja nutzlichen vnd nothwendigen Wercks mehrer bestättigung/ Schutz vnd würcklicher execution E. Kayserl. Mayt. allergnädigste protection vnd Hülff sehr hoch vonnöthen / Als haben wir nicht vmbgehen können/sollen noch mögen / E Kays. M. allerunderthänigst fleissigst zu bitten / die geruhen allergnädigst die offtgedachte Intention, Meynung vñ Stifftung mehrgemeltẽ Erckenberti Cammerer von Wormbs nach vnserem vorgebrachtem Begehren vnd außweisung jhrer Fürstl. Gn. Herrn Georg Friederichen Bischoffen zu Wormbs/nachmals Ertzbischoff zu Maintz vnd Churfürstens seligsten schrifftlicher donation,application vnd übergab beyder Klöster groß vnd klein Franckenthal/Gülten/Renten/Zinsen/Einkommens/Rechten vnd Gerechtigkeiten wie sie die allezeit gehabt / vnd die Schaffnerey daselbsten noch zur Zeit verrechnet/dem Collegio Societatis Jesu in der Statt Wormbs/laut beylag beschehen/ in Jhre Kayserl. protection, Schutz / Schirm vnd Vorspruch allergnädigst auff- vnd annemmen / vnd offtgedachtem Collegio durch jhre höchstansehliche Herren Commissarios in restitutione bonorum Ecclesiasticorum am Rheinstrom/vnter welchen Chur Maintz principalis,neben Jhrer Fürstl. Gn. Bischoff zu Wormbs / als Ordinarium, actualem & realem possessionem zuertheilen / vnd handzuhaben. Wird solche hohe Kayserliche Gnad zur Ehre GOttes / Fortpflantzung der wahren Catholischen Religion vieler Seelen in Wormbsgau vnd vmbligenden Orten Heyl vnd Wolfahrt befürderlich sein / E. Kayserl.

Mayt.

Mayt. als die zu solchem GOtt wolgefälligen / vnd der Catholischen Kirchen erspriesslichen Wercke für sich selbsten mehr als geneigt / in Ewigkeit rühmlich / vnd werden wir für vns / vnsere Stammen / und posteritet dieselbe neben vielen andern Kayserlichen / wie auch sonderlich von Ihr Kayserl. Mayt. allergnädigst erhaltenen Gnaden / deren sich die Cammerer von Wormbs genannt von Dalberg allervnterthänigst erfrewen / nimmermehr in vergeß kommen lassen / etc.

Augustissime & Invictissime Cæsar.

Erckenbertus Cameratius de Wormatia, fœlicis recordationis, quingentis ante annis, in Prædio suo Franckenthal bina construxit Monasteria, quorum alterum majus, minus alterum appellatum Franckendalium. Eorundem redditus successu temporis Eugenius IV. univit. Majus Franckenthal ut principale, (in quo ipsemet, in minori verò ejusdem Coniux Richlindis vitam religiosam finiere) Canonicis quidem Regularibus S.ti Patris Augustini eum in finem tradidit, ut præter consuetum Dei cultum, Episcopo Wormatiensi perpetuis temporibus in excipiendis confessionibus, visitandis infirmis, similibusque operibus assisterent: Idipsum tamen Episcopo VVormatiensi eâ lege subjecit, subdiditque, ut altè memorati Præsules non modò ordinariam, sed & hæreditariam authoritatem semper immediatè ac independenter in illud haberent atque exercerent; quemadmodum literæ Fundationis à Burchardo, vel ut nominatur, Buggone id temporis Episcopo VVormatiensi expeditæ unâ cum universo istius loci Clero confirmant, aliaq; Documenta satis superque ostendunt. Tandem præfati Canonici Regulares utrumque Monasterium majus ac minus *Franckendalium*, Anno 1561. & 1562. Comiti Palatino, pro exiguo precio, omnibus & singulis eorundem exsoluto cessêre ac tradidêre, qui ex ipsorum proventibus, diversis Prædicantibus atque Ludimagistris stipendium ac salarium assignavit, quamvis illi factò à charissimis Majoribus & Progenitoribus nostris Camerariis de VVormatia condictis de Dalberg piæ memoriæ, veluti præfati Erckenberti Camerarii de VVormatia quoad stemma & nomen hæredes ac Successores posteri apud altissimè memoratum Comitem Palatinum contradictum fuerit.

Quandoquidem verò ejusmodi piam fundationem & intentionem sæpè memorati Erckenberti Camerarii de VVormatia b. m. nos veluti posteri nollemus intermortuam & extinctam, Ideo Anno 1626. Reverendissimum Principem ac Dominum, Dominum Georgium Fridericum Episcopum VVormatiensem, pòst Archiepiscopum Moguntinum ac S. R. I. Electorem pientissimæ memoriæ unanimiter in scriptis requisivimus, ac submissè rogavimus, ut suæ R.mæ Celsitudini suo in sæpe dicta Monasteria Franckenthal im̃ediato ordinario & hæreditario jure placeret uti, eorumq; bona, reditus, census, proventus, jura quomodocunque ad illa spectantia, ac prout ab administratoribus ibidem etiamnum in rationes referuntur, Collegio Societatis Jesu Civitatis

Wormatiensis(quod à Reverendissimo D. Willhelmo p.m. Episcopi Wormatiensis Antecessore inceptum & fundatum est) transcribat & applicet, quò prima intentio & fundatio sæpe fati Erckenberti b.m. istic resuscitetur. Siquidem Patres Societatis Jesu ex suo instituto saluti proximorum in excipiendis Confessionibus, visitandis infirmis, docendo, prædicando diligenter invigilant. Deinde ut nominato Collegio Societatis Jesu in urbe Wormatiensi, quod propter nimis tenuem fundationem & magnam paupertatem vix aliquot eosque pauculos operarios hucusque sustentare potuit, aliquod notabile subsidium in vitæ sustentationem accedat, quod Rma. sua Celsitudo cum singulari animi sui propensione & beneplacito acceptavit. Quoniam in suo Episcopatu (qui adeo destructus est, ut necessaria suæ sustentationi ex eodem non supersint) nullum aliud medium invenit commodius & convenientius, quo præfato Collegio Societatis Jesu Wormatiæ succurrat, ac suo Episcopatui, locisque curæ suæ commissis de fidelibus, diligentibus atque Zelosis doctoribus provideat.

Quare sua Celsitudo sollicita, ut illud quā primū effectui daret, put ex suæ Revma. Celsitudinis literarū adjuncta copia seu exemplo videre est, utriusq; suprad. Monasterii majoris & minoris Franckenthalii reditus, census, proventus & jura cum omnibus pertinentibus, quæ administratores singulis annis in rationes retulerunt, deliberato consilio, ordinariâ & hæreditaria auctoritate sæpe fato Collegio Societatis Jesu in urbe VVormatiensi in scriptis tradidit & applicavit. Quia verò ad majorem illius laudabilis, pii, utilis & necessarii operis confirmationem, patrocinium & realem Executionem Clementissimæ Vestræ Cæsareæ Majestatis protectio & tutela summè opus est.

Idcirco facere non potuimus, quin Cæsareæ Vestræ Majest. submississime supplicaremus, ut placeat, sæpe memoratam intentionem, voluntatem & fundationem præfati Erckemberti Camerarii de VVormatia juxta votum nostrū & ab Illustrissimo Principe Domno Georgio Friderico Episcopo VVormatiensi, postea Archiepiscopo Moguntino & S.R.I. Principe Electore p. m. Collegio Societatis Jesu wormatiēsi in scripto factā donationē, applicationē & translationem utriusq; Monasterii majoris & minoris Franckenthalii proventuum, redituū, censuum, ac jurium prout ea semper competierūt, & administratores ibidē etiamnū in rationes referunt, Clemētissimè suscipere protegendam, & sæpefatum Collegiū Societatis Jesu VVormatiēse per suos Spectatissimos Dn. Comissarios in puncto restitutionis bonorum Ecclesiasticorū ad tractūRheni, quos inter Eminentissim⁹ Elector Moguntinus primarius & principalis est, una cū Rmo. & Illmo Principe Episcopo VVormatiensi tanquāOrdinario, in actualē & realē possessionē imittere & manutēere. Hæc Cæsarea gratia in majorē Dei gloriā, veræ fidei Catholicæ propagationē, multarū animarū in wormatiēsi districtu vicinisq; locis salutē & prosperitatē cedet, Cæsareāq; Ve strāMajest. ut pote tā bono operi, Deo placēti & Ecclesiæ Catholicæ utili per se addictissimā æviternū comendabit. Eandēq; nos p nobis, nostraq; familia & poste-

posteritate præter alia Cæsarea, maximè ab Augustali Vestra gratiâ in nos profecta beneficia, quibus Camerarij de wormatia condicti Dalberg humillimè gaudent, nunquam non gratissimo animo recognoscemus, &c.

Hac DD. Dalbergerorum supplicatione mota S. C. Majestas Unionem Monasterij Franckenthalensis Societati factam approbavit, ejusque Executionem DD. Commissarijs Circuli Rhenani hisce commisit.

Ferdinandt.

Ehrwürdiger/lieber Neve/Churfürst/Fürst vnd andechtiger/auch Wollgebohrner/Lieber Getreuer. Auß dem Einschluß haben D. L. A. vnd Du Zuvernehmen/was an vns/vnsere/vnd deß Reichs Liebe getreüe die samptliche Vetter vnd Brüder die Cammerer von Wormbs genant von Dalberg/wegen der dem Collegio Societ. JESU in vnserer vnd deß Heiligen Reichs Statt Wormbs/ von Weyland Georg Friederichen Ertzbischoffen zu Maintz/vnd Churfürsten/Bischoffen zu Wormbs L (auff ihr als Weyland Erckenbertl Cammerer von Wormbs ersten Fundatoris deß Namens vnd Stammens erblicher Nachkommen Gehorsames Anhalten) vbergebenen/ beeden Klöster/groß vnd klein Franckenthal/auch dazu gehörigen Gulten/Renten/Zinsen/Einkommen Recht vnd Gerechtigkeiten Gehorsambst gelangen lassen/vnd gebetten.

Wann wir Vns nun so wol ehegedachtens Churfürsten zu Maintz L. als deren von Dalberg wahren rechtschaffenen Eiffer/vnd zu solcher Application bewegende wichtige Vrsachen (wie im berührtem Einschlus der Translation Schrifft/sub dato den 1. Augusti Anno 1626. mit mehreren zusehen ist) Gnädigst Belieben/vnd derentwegen obangeregte Application, vns nicht zuwider sein lassen.

Als haben wir D. L. Andacht vnd Dir/ als vnseren in dem Reinischen Kreiß verordneten Executions Commissarien solches hiermit anfügen wollen/ mit dem Freündt- vnd Gnädigem gesinnen vnd begeren/ daß sie bey Fortsetzung ihrer obhabenden Executions Commission solches zu gelegener Zeit in Obacht nehmen/ vnd ihres Orts befürderen/vnd daran sein/damit (wie wir dann auch vnserer Freundlichen Geliebten Muhm vnd Schwester der Infantin zu Hispaniern L. derentwegen zugeschrieben) mehrgemelte PP die würckliche possession nach Inhalt der Applicatiō Schrifften erlangē/vnd das ienige/was hierzu ferners vonnöthen sein wird/zur Richtigkeit gebracht werden möge. Hieran beschicht Vns gnädigst gefallen. Sein vñ bleiben benebens D. L. A. vnd Dir mit Freundtschafft Käyserlichen Gnaden/vnd allem guten wolgewogen. Geben in vnserer Statt Wien den 23. Junii Anno 1631.

An die Reinische Kreiß Commissarios wegen beyder Klöster groß vnd klein Franckenthal in der Vnderpfaltz pro PP. Societ. Jesu in Wormbs.

Id est,

FERDINANDVS.

VEnerabilis,dilecte Nepos.Elector, Princeps,& devote,Illustris, dilecte,fidelis. Ex inclusis Tua dilecta Devotio & Tu intelligetis , quid nobis nostri atque Imperij dilecti fideles agnati & fratres Camerarij de VVormatia condicti de Dalberg conjunctim propter duo, Collegio Societatis Jesu in Nostra, & S.R.Imperij civitate VVormatiësi à quondã Georgio Friderico Archiepiscopo Mogũtino & R.I.Electore, Episcopo VVormatiensi(ad suã olim Erckenberti Camerarii de VVormatia primi Fundatoris,illius nominis & prosa ia verorũ haredum descendentium obedientissimam instantiam) tradita Monasteris , majus & minus Franckenthalium,eoque pertinentes reditus,proventus,censu & obventiones juraque omnia supplicarint.

Quoniam verò Nos tam prafati Electoris Mogũtini Dilectionis, quàm Dalbergerorum,verum sincerumque Zelum , atque ejusmodi Applicationem ob gravissimas moventes causas (prout ex prafatis inclusis & Translationis documento sub dato Kalendar. Augusti Anno 1626. pluribus videre est) Clementissimè approbamus , minimè verò eam Applicationem reprobamus.

Idcirco Dilectioni Tua & Tibi, Nostris in Circulo Rhenano deputatis Executionis Commissariis illud voluimus significatum,amicè & Clementissimè demandantes ,ut in progressu instantis Executionis Commissa ad commodam occasionem attendatis,suoque loco promoveatis,agatisque , quo(sicuti Nostra dilecta Consanguinea Infanta Hispana Dilectioni proptexea scripsimus) sæpe nominati Patres realem possessionem juxta tenorem Documenti Applicationis adipiscantur, & quicquid ad illum finem necessarium fuerit,dirigatur. In hoc Clementissima nostra voluntas impletur. Sumus manemusque Tua Dilecta Devotioni & Tibi amicitiâ, Casareâ gratiâ omnique benevolentiâ bene affecti. Datum in Nostra Civitate Vienna 23.Iunii Anno 1631.

Inscript. Rhenani Circuli Commissarijs propter duo Monasteria majus & minus Franckenthal in Inferiori Palinatu , pro Patribus Societatis Iesu wormatiæ.

QUod verò F.Romanus Generosos DD.Dalbergeros ob ejusmodi Unionem Societati procuratam&factam,*tanquam iniustitia,fracta ac violata pacis Religionis Reos,tum velut Concordatorum & omnis aquitatis transgressores insimulare haud veretur*; totum illud calumniosum & injuriosum, potestati Ecclesiasticæ,Constitutionibus Apostolicis,alijsque Sacris Canonibus adversum esse,nemo est , qui ubi sincero affectu tractatum nostrum secundum voluraverit,dubitet ;

Cum

Cum jure & praxi Ecclesiæ in similibus casibus inveniat istic comprobatam.

Contra quam F. Romanus non nisi ineptissimè Fundatorum Tabulas (quæ in ejusmodi casu nullæ exstant) Concordata Germaniæ ac pacem Religionis allegat; quippe quæ flagitiosæ vitæ impunitatem haudquaquam promittunt, nec Conventum hujusmodi sacrilegum expelli prohibent, nec etiam de Monasterijs Conventu destitutis in alios usus pios non convertendis quippiam statuunt, uti in *tract. 2. resolut. quæst. 6. cap. 2.* ostensum est.

In eodem verò tractatu nostro secundo comprobatum est, quod Episcopus cum consensu hæredum primi Fundatoris legatum pro uno pio usu relictum, in alium utiliorem convertere possit, si id temporis ratio & bonum publicum exigere videatur, vel etiam possit Conventu destitutum alijs alterius Ordinis Religiosis conferre & associare, quemadmodum Reverendissimus quoque & Eminentissimus D. Georgius Fridericus Archiepiscopus Moguntinus, Episcopus VVormatiensis Monasterium Franckenthal Societati nostræ Anno 1626. cum consensu hæredum Erckenberti Camerarij de VVormatia, condicti Dalberg primi Fundatoris associavit & univit. Rectè faciet F. Romanus, si quod summo Pastori, aliisque Episcopis placet & probatur, sibi veluti ovi obedienti non displicere ostendat; Ita enim actum bonum rectæ rationi conformem exercebit; Sin secus actum suum rectitudinis perfectione destituet, malitiæque maculâ corrumpet.

Quod si justitiæ zelo flagrabit, in eos invehatur monachos, qui sua vendidere acatholicis Monasteria, de quibus *in tract. 2. resolut. q. 2. sect. 3.* quiq; non ita pridem nobilissimum sui Ordinis Monasterium & Archi-Abbatiam Hasselfeldensem Diœcesis Bremensis acatholicis uno quasi nummo vendidere. In ijs recuperandis inveniet, quo se honestè & religiosè occupet, ostendetque, qualem ipsum F. Theodorus Smedesius in conclusionibus suis Theologicis de fide, spe, & charitate 3. *Augusti.* 1640. *jactat procuratorem generalissimum* ac pro recipiendis sui Ordinis Monasterij *propugnatorem invictissimum.*

Allatas superiùs unionum tabulas generosi Domini Philippus Balthasar, VVolffgangus &c. Camerarij de VVormatia, condicti Dalburg procurarunt, neq; ijs modernos DD. Dalburgeros futuros contrarios existimo, prout mihi Frãcofurti, Hochstæ, ac Moguntiæ generosi Domini Ioan. Fridericus Theodorus, ac Wolffgãgus Hartmannus Camerarij de VVormatia dicti à Dalberg Societatis nostræ amici & fautores sunt contestati: Noverũt ipsi, quo ubi à Reverendissimo & Illustrissimo Principe ac Domno, Domno Daniele Brendel ab Homburg 18. *April.* 1555. in Archi Episcopũ Moguntinũ electo Societatis nostræ Collegium Moguntiã introductũ esset, commodaq; destitueretur habitatione; Illustrissimo Dn. Daniele 22. Martij 1582. defuncto, ab ejus successore

Rever-

Rever.atq; Illustrissimo Principe acDomno, Domno VVolffgango Camerario de VVormatia, dicto à Dalberg 20. *April. eiusdem A.* 1582. electo. (qui usq; ad 17. April. A. 1601. laudabiliter vixit ac rexit) ex singulari suæ Celsitudinis affectu ædificijs novis exstructis donatum, reditibusque auctum fuerit: quemadmodum Eminentissimæ suæ Celsitudinis insignia domibus exædificatis præfixa etiamnum contestantur. A quibus laudabilibus & munificentissimis suæ Em^mæ. Cels^tis vestigijs hodierni generosi Domini de Dalberg agnati in minimo sunt discessuri. Ut proinde F. Romanus contrarium asserens minimè fidē mereatur, neq; ipsi credendū sit, quòd D. Prælatus Euserthalensis contrariū illi narraverit. Quod si tamen narrasset, & ipse, & F. Romanus ex supra recitatis & allatis documentis publicisq; monumentis erroris convincerētur; contra quę frustra testiū auxilia implorantur *l. in donationib. C. de donat.* Et forsitan nonemo ipsorū DD. hęc vel similia joco in mēsa jactaverit verba, quæ D. Abbas tāquam seria & seriò dicta apprehēderit, quēadmodū novi in mēsa quondā Illustrissimi Domini Ioannis Baptistæ Marchionis de S. Martino Gubernatoris Burgundiæ accidisse, ut cū Tribunus militū natione Hispanus joci & exercitij causâ aliquot acatholicorū argumēta proponeret, Religiosus quidam Ordinis S. Dominici etiam Hispanus ea seriò apprehenderet, existimaretque Tribunum nec Hispanum nec Catholicum esse, quem proin ciborum oblitus ad fidem Catholicā convertere nitebatur, donec mensâ ferè absolutâ, Tribunus se Catholicum profiteretur: dictitans exercitij duntaxat causâ se ea proposuisse argumenta. Unde Illustrissimus D. Marchio, cæterique DD. præsentes suaviter subrisere.

Hujusmodi verba jocosè & non seriò prolata nihil probant, nihilque concludunt, aut disponunt, *per not. in l. 3. §. fin. & ibi addit. marg. de obligat. & act. in l. fin. de testam. & in c. 1. & ibi Can. de constit.*

Quod pro recuperatione Monasteriorū & quidem speciatim pro recuperatione *Pontis salutis* atq; Mariæ Coronæ prope *Oppenheim* Nobilitas Rhenana & c. fertur ad suā Sanctitatē Spirâ Nemetū 7. Martij An. 1637. scripsisse; est totum fictitium commentum; ut constat ex literario documento, quod Eminentissimus & Reverendissimus Princeps Elector D. Anselmus Casimirus p.m. Anno 1641. mense Decemb. post auditam Nobilitatem Rhenanam, Franconicam & Suevicam à Sua Eminentia congregatam, in Urbem Romanam transmisit, atque admodum R. D. Henricus Ortenberger Decanus Bonnensis, quemadmodum in suis ad me datis literis contestatur, in causa quadam criminali ad acta Domini Leonhardi de Leonardis Notarii Eminentissimi Cardinalis Vicarij originaliter exhibuit. Nam ex eo patet, quod sua Eminentia Nobilitatem tam Rhenanam, quàm Franconicam & Suevicam congregarit. 2. & Nobilitati congregatæ proposuerit, utrum superioribus annis literas ad suam Sanctitatem dedisset, quas nonnemo asserebat à præfato Domno Decano Ortenberger suppressas fuisse; tum 3. Nobilitas Congregata responderit, se Nu-

se NULLAS UNQUAM ad suam Sanctitatem dedisse literas, nec in causis Ecclesiasticis solere ad summum Pontificem recurrere; prout latius ex eodem documento Eminentissimi Principis Electoris Moguntini videre est, sicut & Prænobilis ac Strenuus Dn. *Joãnes Philippus Knebel à Cattimeliboco* Nobilitatis Rhenanæ Superioris Capitaneus & Director, Eminentissimi Electoris Moguntini Consiliarius, mihi quoque Francofurti est contestatus. Ex quo consequitur, quod si quæ literæ nomine Nobilitatis Rhenanæ, &c. in d. causa Monasteriorum Ecclesiastica Romam missæ fuerint, eæ sint omnino sub- & obreptitiæ fortè ab uno vel altero conceptæ, an inter illos fuerit, qui sigillum commune Nobilitatis asservavit, non attinet hic disquirere; Insuper nec verum est, quod Nobilitas Rhenana, &c. Spiræ fuerit eo tempore congregata, nedum ea de re suæ Sanctitati proponenda ibidem deliberarit, multò minus assertum libellum supplicem ad suam Sanctitatem ibidem Spiræ conceperit ac subsignarit; Ut vel hinc ejusdem asserti libelli supplicis nomine Nobilitatis Rhenanæ ad suam Sanctitatem missi sub- & obreptio manifestè patescat.

Eadem contra assertas literas d. Nobilitatis Rhenanæ ad Ordinem Cisterciensem quasi Francofurto 20 Oct. 1636. datas moveri possent, quod nec tunc præfata Nobilitas cum Nobilitate VVetteraviæ congregata fuerit, interque se ea de re deliberarit, concluserit, &c. sed prætereo. Cum contrarium haud unquam à F. Romano legitimè probari possit.

Quod ad domum Ortenburgicam Civitatis VVormatiensis attinet, eam adeo miseram, viciatam, ac tenebricosam, tum ejus tabulatum omnino lacerum ego inveni, ut miratus fuerim, qua ratione & DDn. Dalbergeri pro ea Societati nostræ unienda suæ Sanctitati supplicare dignati fuerint, unionemque Anno. 1628. obtinuerint, & Cæsar Ferdinandus II. propter eandem Generali Ordinis Cisterciensis 29. Junii 1631. scribi Clementissimè voluerit, nisi fortè quod summo templo Metropolitano vicina sit, ac cum tempore vicinis aliquot ædibus accedentibus deiici & usibus nostris accomodari & reædificari posset Hujus Apostolicæ Unionis Executionem Cæsar suis Circuli Rhenani Commissariis Executoribus demandavit, prout ex subsequentibus literis videre licet.

FERDINAND.

Ehrwürdiger/Lieber Neve vnd Churfürst vnd andächtiger/auch wolgeborner lieber/Getrewer/Wir mögen D. L. And. vnd dir in Gnaden nicht bergen: Demnach Wir durch den Ehrsamen Vnsern Raht/vnd lieben andächtigen Wilhelm Ferdinand von Effrem/als Vnsern hierzu absonderlich ernennten Commissarium, damals Burggraffen zu Altzen einen Hof/der Ortenberger Hof genannt (so hiebevor zu dem gewesenen/aber nunmehr gantz verwüsten Kloster Ortenberg/Cisterzer Ordens gehörig/vnd in Vnserer vnd deß Heil.

Reichsstatt Wormbs gelegen/so die vorgewesene Pfaltzgraffen / ad prophanos usus applicirt, vnd durch einen Schaffner von langen Jahren her bewohnen lassen / apprehendirt vnd eingezogen/ daß wir hierüber noch vor disem vnd vnsers freundlichen geliebten Bruders Ertzhertzog Leopolds zu Oesterreich de dato Inspruck den 26. Decemb. Anno 1623. wie nicht weniger von weyland Georg Friderichen Churfürsten zu Maintz vnd Bischoffen zu Wormbs / als vnderen datis, den 19. Novembris Anno 1624. vnd 21. Martij deß 1625. Jahrs gehorsambst vnd vnaußsäglich angesucht vnd gebetten worden/wir solchen Hof denen PP. Societatis Jesu zu einer Wohnung in Vnserer / vnd deß Heiligen Reichsstatt Wormbs einzugeben vnd einzuraumen befehlen wolten / Wie wir nun auch vnsers theils über so verschiedene für ernennte PP. bey vns eingewendete ansehliche Intercessionen kein bedencken getragen / sondern gnädigst gern bewilliget / daß gedachter Orterberger Hof zu Wormbs ihnen / als welche sonsten sich in einer gar schlechten habitation allda betragen/vnd behelffen / auch dardurch desto mehreren Nutzen zu beförderung vnsers wahren Catholischen Glaubens der Orten schaffen können / würcklich eingeraumbt werde / in erwegung/ daß auch jetzige Päpstliche Heiligkeit / Papst Vrbanus der achte vielgemelten PP. zu Wormbs diesen Hof noch vor drey Jahren mit allem darzu gehörigem Recht vnd Gerechtigkeiten zu einem Domicilio assignirt, vnd darüber Päpstliche Bullam ertheilt vnd außfertigen lassen. Als haben wir D. L. A. vnd dir / als vnserem in dem Rheinischen Kraiß verordneten Executions-Commissarien, solches hiemit anfügen wollen/mit dem freund- gnädlichem gesinnen vnd begehren / sie wollen bey fortsetzung ihrer obhandhabenden Executions-Commission die Sach dahin richten vnd befördern helffen / damit dickermelten PP. dieser Orterberger Hof mit allem darzu gehörigem Recht vnd Gerechtigkeit eygenthumblich hierüber gelassen vnd eingeraumt werde. Wie dann solches D. L. A. vnd du in acht zunehmen werdet wissen. Seyn vnd verbleiben derselben mit Freundschafft/Kayserlichen Gnaden vnd allem Gutem forders wol beygethan. Geben in Wien/ den 23 Junii Anno 1631.

An die Executions-Commissarien
am Rheinstrom wegen deß Orterbergers Hofs pro PP. Soc. Jesu.

FERDINANDVS.

VEnerabilis, Dilecte Nepos & Elector, devote, nec non Illustris dilecte fidelis. Dilectioni tuæ, tibique celare non volumus; postquam Nos per honestum nostrum Consiliarium, & devotum Wilhelmum Ferdinandum ab Effrem, à Nobis specialiter deputatum Commissarium, id temporis Burggravium in Altzen, domum aliquam, Ortenbergicam nuncupatam (quæ olim

lim adflorens, nunc autem ad penitus desolatum Monasterium Ortenbergicum Cistertiensis Ordinis pertinet, atque in nostra, Sacrique Imperii Civitate Wormatiensi sita est, quam Comites Palatini ad profanos usus applicuerunt, ac per administratorem vel Oeconomũ à multis annis curarunt inhabitari) apprehendimus & occupavimus, quod Nos desuper ante hac à nostro dilectissimo fratre Archiduce Austriæ Leopoldo de dato Oeniponti 26. Decem. Anno 1623. nec minus à quondam Georgio Friderico Electore Moguntino, & Episcopo Wormatiensi sub datis 19. Nov. Anno 1624. & 25. Martii Anno 1625. submississimè & indesinenter interpellati & rogati sumus, ut nos eam domum Patribus Societatis Jesu pro domicilio in nostra & Imperii civitate Wormatiensi tradi demãdaremus, prout etiam Nos ex parte nostra propter tantas tamque diversas pro dictis Patribus apud nos interpositas intercessiones non inviti, sed Clementissimè inclinati sumus, ut præfata domus Ortenbergica Wormatiæ ipsis, utpote in angustis & exilibus ædibus commorantibus, quo commodius propagationi veræ fidei & salvificæ Catholicæ Religioni istic loci incumbere, possint, realiter cedatur & tradatur, attento, quod sua Sanctitas Urbanus Papa VIII. hanc domum ante triennium cum omnibus pertinentibus & juribus pro domicilio assignavit, ac desuper Bullam Apostolicam communicavit & expedivit.

Idcirco nos Dilectæ tuæ Devotioni & Tibi Nostris in Circulo Rhenano deputatis Executionis Commissariis voluimus hisce significatum, amicissimè & Clementissimè volentes & desiderantes, ut in progressu suæ instantis Executionis commissæ rem eo dirigatis & promoveatis, quò sæpe fatis Patribus hæc domus Ortenbergica cum omnibus suis pertinentibus juribus proprietariè tradatur, prout tua Dilecta Devotio ac Tu in id incumbere satageris. Sumus & manemus vobis amicitiâ, Cæsareâ gratiâ & benevolentiâ ulterius affecti. Dat. Viennæ 23. Junii Anno 1631.

Inscripta Executionis Commissariis Circuli Rhenani propter domum Ortenbergicam pro Patribus Societatis Iesu.

Deinde miratus fui, quod cum non ita pridem Palatinus Zimmerensis ex Instrumento Pacis domum Ortenbergicam repeteret, atque à nostris suæ Celsitudini alia & melior domus in urbe Wormatiensi, vel etiam precium illius offerretur, responderit, *Bona Ecclesiastica alienari non posse*, quasi domus ruinosa non multum utilis sine solennitate alienari non posset. Cum ejus contrarium apud Guidonem Papæũ *quæst.* 156. decisum reperiretur. Et cõstet, quomodo ea domus ab Ordine Cistertiẽsi fuerit alienata? Benedictus Canophilus *in repet. Extrav. Ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien.* ad regulam hanc, quod *res Ecclesiasticæ, præterquam in casibus à jure permissis, alienari prohibean-*

tur, d. Extrav. Ambitiosæ *subiicit* 56. casus, in quibus eam regulam fallere, seu non obtinere docet, qui omnes ad hos pauculos revocari possunt, ut regula non obtineat, 1. quando subesset aliqua necessitas *ibid. n.* 43. *& seq. per text. in c. hoc jus* 10 *q. 2. in c. fine* 12. *q.* 2. *& glos. in summ. ead. q. & caus.* ut quando debitum urgeret, nec haberetur aliunde, unde solvi posset. *d. c. hoc jus.* Causâ enim necessitatis multa permittuntur, quæ alias non permitterentur, & facit, quòd necessitas non habeat legem. Eò spectat & cautio pignoribus in judicio facienda, &c. Similiter si Religio per constitutiones aut Regulas suas non posset retinere proprium, tunc enim vendere posset, ut patet in Ordinibus mendicantibus, *fall.* 32. *n.* 79. *fall.* 44. *n.* 86. 2. quando alienatio respiceret meliorationem certam, vel utilitatem evidentem, *d. n* 44. *per text. in c. sin. ut.* §. *fin.* 12 *q.* 2. *c. fine exceptione, ibid.* ita ut non sit dubium, quin profutura sit *d. c. fine exceptione & fallent.* 40. 85. 3. quando essent domus vel res, quæ plus incommodi, quàm commodi afferrēt, seu quæ magis essent onerosæ, quàm utiles Ecclesiæ; quia non modicâ impensâ sustentarentur, *ibid. n.* 45. *per d. c fine. juncto c. non liceat Papæ* 12 *q.* 2. ubi res Ecclesiæ, quæ plus incommodi, quàm utilitatis afferunt, quæque non modicâ impensâ sustentantur, Rectoribus Ecclesiarum distrahere licet. Guid. Papæ. *quæst.* 156. *per c. terrulas. & c. item dominus* 12. *q.* 2. *glos. in c.* 1. *de his quæ fiunt à prælat. & ibi* Host. Card. Florent. Eò spectat & limitatio seu *fallentia* 20. *sub n.* 67. quando videlicet dōata esset res Ecclesiæ, quæ haberet onus aliquod perpetuo annexum, ob quod fieret inutilis, ita ob onus fiscale posset distrahi *d. c. hoc jus.* Ita res inutiles vel maximè distrahi possent, quādo vel sunt parvæ, v. c. terrulæ, vineolæ. *d. c. terrulas* 12. *q.* 2. vel longe positæ, *per text. in d. c. terrulas* Canoph. *d. loc. n.* 50. Eò etiam referri possunt res steriles, aut quæ servando servari non possent, aut si sit res ruinosa. *fall.* 41. *n.* 86. *per c. ea enim* 2. §. *si quas verò ruinas* 10. *q.* 2. *al. Incip. si quas verò ruinas. al. casellas al. Hoc jus.* aut tempore (brevi) peritura, *fall.* 28. *sub n.* 76. *per l. pro hærede. ff. de acquir. hær.* 4. si essent res modicæ & exiguæ. Ita Prælatus potest modicum dare, vel ad modicum tempus v. c. triennium elocare agrum, fundum, *fall.* 7. *ibid. n.* 50. bona mobilia non preciosa alienare, *fall.* 55. *sub n.* 88. vel si sint vilia, *ibid. n.* 73. *fall.* 24. maximè si vel nècessitas urgeret vel plus in ejusmodi summas parvas esset impendendum, quàm sors esset principalis. Vid. Canoph. *d. loc. n.* 46. & seqq. ubi inquirit, quid dicatur *modicum?* Item poterit alienare Prælatus ob bene merita, *ibid. n.* 51. *fall.* 10. ut si Episcopus vel Rector Ecclesiæ manumitteret servum bene meritum *c. si quos de servis.* 12. *q.* 2. illique posset modicum quid *v. c.* 20. solidos donare. *d. c. si quos.* vel etiam aliis dare aliquid in remunerationem beneficii impensi, *ibid. n.* 52 *fall.* 11. *c. quicunque* 12. *q.* 2. ut quia suffragium vel auxilium Ecclesiæ tulit, vel eam consilio juvit. Nam dignus est operarius mercede sua *d. c. quicunque fall.* 51. *sub n.* 88. vel etiam si ratione stipendii precarium concederet. *ibi. n.* 91 *fall.* 18. aut etiam si de suo tantum contulisset Ecclesiæ, quantum cuperet nunc alienare. *ibid. n.* 50. *fall.* 9. *c. si quis qualibet.* 12 *q.* 2.

Modicū quid?

5. Ex

5. Ex causa miserationis & pietatis; Hinc poterit quis servos Ecclesiæ manumittere. *ibid. n.* 56. *fall.* 12 *per text. c. cum redemptor.* 12. *q.* 2. res Ecclesiæ distrahere, pro alimonia pauperum *ibid. n.* 56. *fall.* 13. *per c. aurum Ecclesia habet.* 12 *q.* 2. *& fall.* 52. *sub n.* 88. captivorum *ibid. n.* 80. *fall.* 37. eorumq; redemptione *ibid. n.* 59 *fall.* 14. *per d. c. aurum.* vel sicut pro humandis fidelium reliquiis aut ossibus spatia dilatari possunt, ita & pro augmento cæmiterii & sepulchri res quædam alienari. *ibid. n.* 60. *fall.* 17. *d. c. aurum.* nec minus pro ædificatione templi. *ibid. n.* 60 *fall.* 16 *per d. c. aurum.* Quibus casibus etiam vasa consecrata confringi poterunt, & vendi *d. c. aurum.* Vel etiam ob Religionem seu Religiosum ordinem ibi plantandum & constituendum, Monasteriumque ædificandum, *ibid. n.* 66. *fall.* 19. illudque dotandum, dummodo per dotem non multum noceatur Ecclesiæ. *text. in c. si Episcopus unam. d.* 12. *q.* 2. *& fall.* 38. *num.* 81.

§. V.

De Monasterijs supra nominatæ Mariæ Coronæ, & Pfafschwabenheim.

PRæterea F. Romanus *in d. aulæo* §. *VII. n.* 48 *& seqq.* allegat; quasi etiam *Eminentissimus Archiepiscopus & Princeps Elector Moguntinus D. Anselmus Casimirus p. m. D. Abbati in Euserthal 6. Novembr. hora 10. ante meridiem Ratisponæ dixerit, ad Cæsaream Majestatem se ratione Monasterij Mariæ Coronæ Collegio Moguntino Societatis IESU uniendi nunquam scripsisse.* *Commenta Hajana.*

2. *Num.* 49. *ibid. Quod Illustrissimus Princeps & Marchio Wilhelmus Badensis in medio Septemb.* 1636. *coram D. Barone ab Haslang, Gubernatore Heidelbergensi, supremo Præfecto seu Oberamptman Episcopatus Spirensis, Domino Weingarten, Commissario Dichel, Commissario Aichinger, Commendante Spirensi ac Tribuni Bambergers Vicario seu Leutenantio nec non Satellito Aulico, aliisque duobus præsentibus Spiræ in curia Maulbrunnensi dixerit, se nunquam cogitasse Monasterium* Pfafschwabenheim *Societatis IESU Collegio Crucenacensi tradere, nedum instituisse, ut illud Patribus Societatis traderetur.* Quæ eadem Prædicans Wilhelmus Hulsius *in suo famoso libello* Schandtflecken *tertio Pelagianæ artis specimine verbis calumniosis exaggerat.*

Verùm cum F. Romanus ubique fallat, non est quod illi credatur asserenti, se ista à D. Prælato Euserthalensi alijsque audivisse: præterquam quod narrata non sint vera. Nã quod Monasteriũ *Mariæ Coronæ* attinet, propter illud Societatis IESU Collegio Moguntino applicandũ, non tantùm Eminentissimus & Reverẽdissimus D. *Georgius Fridericus Archie-Episcopus Moguntinus* 29 Iunij 1629. Sed & ejusdem Successor Eminentissimus similiter & Reverendissimus *Discutiuntur.*

D. Anselmus Casimirus 14. Octob. eodem anno 1629. S.C. Majestati humillimè supplicavit, cui sua Majestas 25. Iunij 1631. Viennâ respondit, *sibi clementissimè placere, ut Eminentia sua Anselmus Casimirus Societatis nostræ Patres in illius Monasterij realem possessionem*, una cum aliis Dd. Commissarijs *intromitteret*, prout ex subjectis videre est documentis. Ex quibus recitatur

I. Humillima Supplicatio Reverendissimi atque Eminentissimi Domini Domini Georgii Friderici Archiepiscopi Moguntini. *S.R.I. Principis Electoris, pro Monasterio* Mariæ Coronæ, *Mariencron Societati associando.*
3. Iun. 1629. data.

Allerdurchleuchtigster / Großmächtigster / Vnüberwindtlichster Römischer Käyser: E. Key: Majestät sein meine vnderthänigst / gehorsame / schuldig / vnd gantz willige Dienst / stetes Fleiß / allezeit bereit zuvor / Allergnädigster Käyser vnd Herr.

Ewer Keyserl. Mayestät. kan vnd mag ich Gehorsambes vnangefügt nicht lassen / was gestalt mein allhie zu Meyntz gelegenes Collegium Societatis bey diesen schweren / thewren / vnd mißwachsenden Jahren in solchem mangell / Schuldenlast vnd Abgang gerahten / daß nicht allein die vorige Anzahl der Personen / Sich länger darin nicht außbringen / sondern auch die übrige noch restirende jhren notürfftigem Leibs Vnderhalt schwerlich haben können.

Nun ist notori vnd bekand / wie viellfältig die Catholische Religion hin vnd wieder im Heyligen Reich / bevor aber in diesen Reinischen Landen durch obgemelte Löbliche Societet Propagirt vnd befördert / vnd was für ein grosse Anzal adlicher Geschlechter in geringer Zeit darzu gebracht worden / daß also ausser Zweiffel zusetzen / wann der Vnderhalt vorberührten Collegio könte verbessern / vnd mehr Personen darin alimentirt / vnd vnterhalten werdē / daß durch deren Fleiß vnd dexteritet noch viel Vncatholische auß dem Irrthumb auff den rechten Weg vnnd zu vnser vralten / allein Seeligmachenden Catholischen Glaubens Bekantnus kommen würden.

Wann ich dann die Nachrichtung erlangt / daß bey der Statt Oppenheim ein Jungfr. Kloster Mariacron genandt / so dann noch eins in der Statt Müllhausen genant Mariæ Magdalenæ gelegen / so beyde nach dem Passawischen Vertrag seit an etlichen eingezogen vnd profanirt wordē / vnd nit zuzweifeln da dz zu Oppenheim dē allhiesigē Collegio, dz Müllhäusische aber obgemelter Societet eingeraumbt vnd mit PP. besetzt werden solte, wegen der daselbst / vnd in den benachbarten Dertern / noch begriffener wiedrigen Religionsverwandten / dadurch noch viel gutes gestifftet / vnd dero progressus in Religione mercklich promovirer werden könte / vnnd dan offtgemelter Societet Gottseeligkeit vnd

auffer-

aufferbawliches Leben vnd Wandell / auch eifferige Lehr vnnd Vnderweisung männiglich bekandt/mir auch vorhin wol bewust ist / mit was sonderbahren Käyserlichem Gnaden vnd Favor E: Käys. Mayest. dieselbe prosequiren thun.

Als ersuche E. Keyser. Mayestet ich hiemit gehorsambst bittend/ Sie allergnädigst geruhen wollen/den allgemeinen Catholischen Wesen zum besten / obgemelte beede nach dem Religion Frieden prophanirte Jungfrawen Klöster dick. gl. PP. Societatis allergnädigst zu passiren vnd einzuraumen / vnd zu dem Ende mir wegen deß zu Oppenheim / deß Müllhäusischen aber den von Ewer Käyserl. Mayestät zu Exequirung jhres der prophanirten Gyffter vnd Klöster halben ergangenem Keyserlichen Decrets verordneten Commissarien im Nieder Sächsischen Kreiß allergnädigst Befelch vñ Comission auffzutragen.

Daran erweisen Ew. Käyserl. Mayest. ein Löblich / Christlich / vnd bey Gott hochverdienstliches Werck / vnd dieselb Thue ich damit dem Allmächtigen zu Langwiriger vnnd beständiger / friedferdiger Regierung; mich aber derselben sampt meinem Ertzstifft zu bißhero gespürter Keyserlicher Gnaden vnderthänigst vnd gehorsambst empfelen. Datum Zu S. Martinsburg in vnser Statt Meintz den 12. Iunij. 1629.

E. Käys: Mayestet:
Vnderthänigst gehorsamer Churfürst
Georg Fridericus ArchiEpiscopus
Moguntinus.

AUGUSTISSIME ET INVICTISSIME CÆSAR.

Prævijs Cæsareæ Vestræ Majestati meis submississimis & humillimis obsequiis paratissimis, Domine Clementissime.

CÆsaream Vestram Majestatem celare non possum, qua ratione meum Collegium Societatis Iesu Moguntiæ hisce difficilibus temporibus & sterilibus annis tantam penuriam, atq; æs alienū incucurrit, ut non solum prior numerus operariorum, istic non diutius ali, sed nec qui reliqui sunt, necessaria vitæ media nancisci possint. Nunc verò est notorium, quàm multipliciter Catholica Religio hinc inde in Romano Imperio, præsertim in hisce Rhenanis provinciis, operâ præfatæ laudabilis Societatis Iesu propagata, quantaq; multitudo Nobilium familiarū intra breve tempus ad eam traducta fuerit, ut ita sine dubio, si media vivendi præfati Collegij possent augeri, pluresque istic ali operarij, eorum diligentiâ & dexteritate multi acatholici ex erroribus ad veritatem nostræ antiquæ & Salvificæ Catholicæ Religionis sint traducendi.

Quoniam verò intellexi, quod in vicinia Oppenheimij Monasterium Virginū Mariæ Corona, ac Mullhusij aliud Mariæ Magdalenæ nuncupatum post Transactionem Passaviensem notoriè sit invasum, & profanatum, neque dubitandum, quod si Oppenheimianum illud Monasterium Collegio Moguntino; Mulhusinum verò Societati ibidem constituendæ, ad incolas istorum & vicinorum locorum contrariæ Religioni addictos erudiendos traderetur; inde multum boni

boni sperandum, progressusque in Religione notabiliter promoveri posset, eò quod præfatæ Societatis pietas, vitaque exemplaris, zelus in docendo & instruendo cuique sit notus, mihi etiam perspectum sit, quàm singularibus gratiis Cæsareis & favoribus Cæsarea vestra Maiestas eandem prosequatur.

Idcirco Cæsareæ Vestræ Majestati humillimè ac submississimè supplico, ut Clementissimè placeat in bonum Catholicæ Religionis, præfatum utrumque post Religionis pacem profanatum Monasterium Virginum sæpe nominatis Patribus Societatis Clementissime assignare & tradere, eumque in finem mihi propter Oppenheimianum; ob Mulhusinum verò Commissarijs à Cæsarea Vestra Majestate ad illius Cæsarei de profanatis Collegiis & Monasterijs Decreti lati Executionem deputatis in Circulo Saxonico Inferiori mandatum & Commissionem dare.

In eo Cæsarea Vestra Majestas opus laudabile, Christianum & meritorium præstabit, eamque Omnipotenti Deo ad diuturnum & pacificum Regimen, meque una cum meo Archiepiscopatu in ejus Cæsaream gratiam hactenus ostensam humillimè & submississimè commendans. Dat. in arce S. Martini nostræ urbis Moguntinæ 12. Iunij 1629.

Cæsareæ Vestræ Majestatis

Submississimus & obedientissimus Elector
Georgius Fridericus ArchiEpiscopus
Moguntinus.

2. Altera submississima supplicatio Reverendissimi atque Eminentissimi Domini, Domni *Anselmi Casimiri* Archiepiscopi Moguntini S.R.I. Principis Electoris pro eisdem Monasteriis Societati Iesu associandis 14. Octob. 1629. data.

Allerdurchleuchtigster/Großmächtigster/Unüberwindtligster Römischer Keyser: E. Keys. Mayst. Sein mein Underthänigst Gehorsamb/ schuldig vnd gantz willige Dienst stetes Fleiß allezeit bereit zuvor/allergnädigster Keyser vnd Herr.

Was an E. Keyser. Maytt. mein Verfaren vnder dato den 12. Junij nechsthin wegen beeder prophanirter Klöster Mariæ Cron in Oppenheimb vnd Mariæ Magdalenæ in der Statt Mulhausen geleagen / damit das Erste den Patribus Societatis allhie in meiner Residentzstatt Mentz / das ander aber jetzgedachter Societet incorporirt werden möchte / aller vnderthenigst Vorbittlich gelangen lassen / das zweiffelt mir nicht/dieselbe annoch in allergnädigsten frischem angedencken haben werden.

Weil nun aber von E. Keyserl. May. biß hero darauff keine Resolution erfolgt/

erfolgt / So hab ich nicht vnterlassen wollen / dieselbige hierunder nachmals Gehorsambst anzulangen / mit ebenmessiger Bitt / ob sie Jhro allergnädigst gefallen sein lassen wöllen / sich hierüber jhres Keyserlichen gemüths allergnädigst zuentschliessen / Dieselbige dem Allmächtigen GOtt zu langwiriger vnd bestendiger Friedfertiger Regierung vnd beharlicher Leibsgesundheit / mich aber derselben sampt meinem Ertzbischoff zur bißhero gespürter Käys. Gnaden vnderthänigst vnd Gehorsambst empfelend. Datum zu S. Martinsburg in meiner Statt Mäintz den 14. Octobris. Anno 1629.

Ew. Käys. Mayest.

Allervnterthenigst gehorsamer
Caplan.
Anselmus Casimirus Archiepiscopus
Moguntinus.

Sacratissime, Potentissime, & Invictissime Cæsar.

Prævijs meis submissisimis ac jugiter paratissimis obsequiis, Domine Clementissime.

QVod à Cæsareâ Vestra Majestate meus antecessor sub dato 12. Iunij antehac propter duo profanata Monasteria Mariæ Coronæ Oppenheimij, & Mariæ Magdalenæ Mullhusij, ut prius Patribus Societatis hujus meæ Civitatis Moguntinæ; posterius modo nominatæ Societati incorporetur, submississimè petijt, haud dubiè Clementissimè meminerit.

Quoniam verò hucusq; à Cæsarea Vestra Majestate nihil desuper resolutum fuit.

Idcirco facere non potui, quin apud Cæsaream Vestram Majestatem rursus instarem submississimè rogando, ut Clementissimè placeat Cæsarei sui animi sensum desuper aperire. Eandem Deo omnipotenti in diuturnum ac pacificum Regimen, ac valetudinis prosperitatem, me verò cum meo Archi Episcopatu Ejusdem Clementissimæ gratiæ hactenus ostensæ submississimè commendo. Dat. in arce S. Martini meæ civitatis Moguntinæ. 14. Octob. Anno 1629.

Cæsareæ Vestræ Majestatis.

Submississimus & Obedientissimus
Sacellanus

Anselmus Casimirus Archiepiscopus
Moguntinus.

5. Ad easdem Eminentissimorum Principum Electorum & Archiepiscoporum Moguntinorum literas S.C. *Majestatis* 25. Iun. An. 1631. Responsoria.

FERDINANDVS.

Ehrwürdiger/lieber Neve vnd Churfürst. D. L. haben sich guter Massen zuerinnern/was sie noch vor diesem vnterm dato den 12 Iunij vnnd 14. Octobris deß verwichenen 1629. Jahrs/wie auch vorhin dero Vorfahr Weyland deß auch Ehrwürdigen Georg Friederichen Churfürstens zu Meyntz L. an vns/ wegen deß Jungfrawen Klosters Mariencron bey Oppenheimb gelegen/Cisterzer Ordens/damit dasselbe zu dem Collegio Societat. Iesu zu Meyntz/vnd dessen Auffhelffung/vnd augmentation, zuförderst aber zu mehrer Beförderung der Catholischen allein seeligmachenden Religion / vnd der Seelen Heyl/vnd Wohlfahrt (Aller massen vnd gestalt dasselbe der proscribirte Pfaltzgraff Friderich / vnnd seine Vorfahren von langen Jahren innen gehabt / vnnd genossen) wiederumb applicirt werden möchte/gelangen lassen.

Wann wir dan nunmehr auff solche D. L. vnd dero Vorfahren zu mehrmahlen gethanes Ansuchen/nach gehabter reiffer vnd vmbstendlicher der Sachen Erwegung vns dergestalt gnädigst resolvirt, jetzangeregte application ermelten Klosters Marienron würcklich fürgehen zulassen/vnd derentwegen D. L. als ohne das vnserm dieser Orten verordneten Executions Commissario zuzuschreiben.

Als zweiffelen Wir nicht/D. L. werde anjetzo vmb so viel mehr darzu alle gute Befürderung thun/vnd ermelten Patribus zu würcklicher possession verhelffen/wie Wir dann auch eben dieses der Durchleuchtigen/Hochgebohrnen Fürstin/Frawen Isabellæ Claræ Eugeniæ Infantin zu Hispanien , Ertzhertzogin zu Oesterreich/Hertzogin zu Brabant/vnd Gräffin zu Flandern/Wittiben/vnser freündtlichen geliebten Muhm vnd Schwesteren zugeschrieben vnd vmb gleichmässige Befürderung ersucht.

Ist derwegen an D. L. hiemit vnser Freünd. Genädiges Gesinnen vnnd Begern/daß sie mehrgemelten Patribus diß Orts verhülfflich zusein/jhro angelegen sein lassen wölle/ damit die gemelte Vberlassung dieses Klosters Marienron für offtbesagte Patres Societatis Iesu zu Meyntz würcklich geschehen/vnnd was hierzu nothdürfftig sein wird / allerseits richtig gemacht vnnd effectuirt werde

Welches dann D. L. auch neben jhren MitCommissarien bey vorhabender Executions Commission in achtzuhaben wissen werden. Seind vnd bleiben deneben &c. Geben Wien den 25 Iunij Anno 1631.

FERDI-

FERDINANDVS.

VEnerabilis, Dilecte Nepos & Princeps Elector. Dilectio Tua meminerit, quid antehac 12. Iun. & 14. Octob. superiori anno 1629 prout & ejusdem Antecessor Venerabilis Georgius Fridericus Princeps Elector p.m à Nobis propter Monasterium Mariæ Coronæ prope Oppenheimium Ordinis Cistertiensis petierit, ut illud Collegio Societatis Iesu Moguntiæ, in ipsius subsidium & incrementum, præsertim autem in propagationem Catholicæ fidei salvificæ, animæque salutis procurationem (omnimodo & conditione, quâ illud proscriptus Palatinus Fridericus, ejusq; Antecessores à multis annis tenuerunt & fruiti sunt) vicissim applicetur.

Quoniam verò ad frequentem Tuæ Dilectionis, ejusque Antecessoris exhibitam supplicationem, prævia matura causæ illiusq; circumstantiarum cognitione & deliberatione Nos resolvimus, modò nominatam applicationem præfati Monasterii Mariæ-Coronæ effectui dare, ac propterea Tuæ Dilectioni, Nostro horum locorum Deputato Executionis Commissario perscribere.

Idcirco non dubitamus, quin T. Dilectio tantò expeditior præfatos Patres in realem possessionem immitti curet, quo nomine etiam Serenissimæ Dominæ Isabellæ Claræ Eugeniæ Infantæ Hispaniæ, Archiducissæ Austriæ, Ducissæ Brabantiæ, & Comitissæ Flandriæ Viduæ, Nostræ Dilectæ Consanguineæ & sorori scripsimus, ejus subsidiales requirentes.

Quare à T. Dilectione Clementissimè desideramus, ut sæpe fatis Patribus hujus loci adsistere satagat, quò translatio hujus Monasterij Mariæ Coronæ in Patres Societatis Iesu Moguntiæ reipsa fiat, & quæcunque ad illum effectum consequendum erunt necessaria, omninò curet.

Quod T. Dilectio cum suis Commissariis in hac præsenti Executionis Commissione observabit. Sumus & manemus &c. affecti. Dat. Viennæ 25. Iunij Anno 1631.

Deinde quod ratione Monasterii *Pfaschvvabenheim* affertur, *quasi Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus Guslelmus Marchio Badensis nunquam cogitarit illud Collegio Societatis Iesu Crenceenacensi tradere*, id similiter ex subsequentibus literarijs documentis falsum esse ostenditur. Nam Illustrissima sua Celsitudo acceptâ Cæsaris assignatione, vigore ejusdem Georgio Friderico Roben à Lonzen supremo suo præfecto Crucenacensi 24. Iul. Anno 1636. demandavit, ut nostros Societatis Patres in Monasterij Pfaschwabenheim conventu destituti possessionem introduceret. Cui ita scripsit.

Commentum Hajanum de Pfaschvvabenheim Refellitur.

Wilhelm von Gottes Gnaden Margraffe zu Baden vnd Hachberg.

Vnsern Gnädigen Gruß bevor/vester lieber Getrewer.

Demnach Fürweiser dieses P. VVilhelmus Musterus gewiße Käyserl. vnd Königliche Befelch erlangt/daß die Societet Iesu in das Gotteshauß Pfaffschwabenheim in der vorderer Graffschafft Spanheim situirt, in die possession eingeführt werden soll/Wir aber vns hiebey so weit interessirt zu sein befinden/daß wir keines Weges wolten/ das obgedachtes Gotteshauß/dessen Renten vnd Gefäll anderswohin/ als einig vnd allein gedachter Societet Iesu entweder in vnser Residentzstatt Baden / oder in Creutznach ein Collegium zu fundiren angewendt werden sollen. Jedoch soll die Landsfürstliche Obrigkeit vnd hohes Iudiciū, wie vor diesem/vns reservirt verpleiben. Als befehlen wir dir Gn. daß du obgemeltem Patri VVilhelmo Mustero, oder wer in Namen der Societet sich anmelden möchte/wie auch den Käys. hiezu beordneten Commissarien mit obbesagten Conditionen Jhrer vorhabenden Immission vnd Jnnehmungen der possession alle gute Assistentz erweisen sollest. Verlassen wir vns gnädig /vnd sein dir mit Gnaden gewogen. Datum Baden den 24. Iulij. Anno 1636.

Wilhelm Margraff zu Baden.

Inscript. Dem Vesten vnserem Oberamptman zu Creütznach vnd lieben getrewen Georg Friederich Roben von Longen.

Creützenach.

VVilhelmus Dei gratiâ Marchio Badensis & Hachbergensis

Præviâ nostra Clementissima salute, strenue Dilecte fidelis.

QVoniam præsentium lator P. VVilhelmus Musterus certa Cæsarea & Regia Mandata obtinuit, ut Societas Iesu in domus Religiosæ Pfafschvvabenheim in anteriori Comitatu Spanheimensi sitæ possessionem sit introducenda. Nostra autem interſit, ut nulla ratione præfata domus Religiosa, ejusque Reditus, obventiones aliò, quàm unicè & solùm in memoratam Societatem vel nostræ civitatis Badensis, vel Crucenaci ad fundandum Collegium reservato nobis, prout antehac, jure territoriali & suprema jurisdictione, transferantur.

Idcirco tibi mādam⁹, ut supra nominato Patri wilhelmo Mustero vel cuicunq; ex Societate

Societate comparenti, nec minus Cæsareis ad id deputatis Cõmissariis cum supradictis conditionibus suscipiendæ immissionis & occupandæ possessionis assistas, quod de te Clementer confidimus, sumusque tibi gratiâ nostrâ affecti. Dat. Badenæ 24. Iulii Anno 1636.

Wilhelmus Marchio Badenæ.

Inscript. Strenuo nostro supremo Præfecto Creucenaci & dilecto fideli Georgio Friderico Roben de Lontzen.

Creucenaci.

His Illustrissimus Marchio Badensis non acquiescens, etiam suæ Sanctitati, Eminentissimo Cardinali Francisco Barberino, atque Archiepiscopo Moguntino Anselmo Casimiro eandem Cæsaream ex delegata Summi Pontificis potestate factam assignationem, post S. C. Mtis. suæ Ferdinandi II. obitum confirmari petiit, quemadmodum subjecta contestantur documenta.

SAnctissime in Christo Pater. Cum Imperator *Ferdinandus* II. fœlicis recordationis, Victricia arma in hasce partes Germaniæ inferret, nihil habuit antiquius, quam ut simul longè latéque Catholicam Religionem ac Veram pietatẽ propagaret, quod tum se fœliciter existimavit facturum, si Patribus Societatis Jesu locum sedemque assignaret, ut qui se totos juventuti instituendæ, hæreticis convertendis & juvandis Catholicis laudabili industria & fructu impendere CONSUEVERUNT. Quare literis 17. Maii Anno 1636. ad Ferdinandum III. tunc Hungariæ & Bohemiæ Regem datis, eo jure cessit, quod pro exercitu alendo, Clementissimo indulto Sanctitatis Væ. acquisierat in bona ac reditus Monasterii, olim Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini, dicti Pfaffschwabenheim à Religiosis 70. & amplius annis deserti, ut Societatis Jesu Collegium in urbe Crucenacensi, à qua dictum Monasterium horæ unius distat intervallo, erigi posset, in ea urbe, quæ Communi JURE cum Palatinis Comitibus ad Familiam meam pertinet, & primaria est, non solum in Comitatu Spanheimensi, verum etiam toto inferiore Palatinatu trans Rhenano ante Suecicos tumultus egregiam operam Patres Societatis aliquando posuerunt, atque etiamnum ponunt, revocati in eandem urbem Cæsareis armis per me recuperatam. Ut verò prædicti Patres Societatis, quod cum insigni fructu Catholicæ fidei & subditorum meorum Spirituali emolumento cœperunt, uberius porrò, Scholis præsertim habẽdis, exequi possint, cum nulla penitus alia media suppetant, hac maximè bellorum tempestate; Sanctitati Væ humiliter supplico, ut quod Imperator Ferdinandus II. felic. mem. Religionis & animarum Zelo permotus sibi suisque militibus subtrahi voluit, moderno Imperatore Ferdinando III. optimi parentis. NB

rentis mandata exequente, ac postea etiam apud Ferdinandum Cardinalem Infantem & Regem Catholicum, idem negotium promovente, hoc ipsum Sanctitas Vª. Apostolica auctoritate approbare, & confirmare clementissimè dignetur, jubendo, ut supradicti Monasterii Pfaffschwabenheim, qualescunq; fundi ac reditus Collegio Societatis Jesu in urbe Crucenacensi instituendo assignentur, ac in perpetuum uniantur & incorporentur. Quod ego pro summo mihi meæq; Familiæ ac subditis meis præstito beneficio semper agnoscā, eroq; Sedi Apostolicæ ac Sanctitati Vª. (cujus pedes unà cum Filiis meis demissè exosculor) æternum obstrictus. Spiræ 7. Nov. Anno 1638.

Sanctitatis Vª.

Humillimus Filius
Gulelmus Marchio Badensis

Inscript.

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino Domino Vrbano VIII. Sanctæ Romanæ ac Vniversalis Ecclesiæ Pontifici Maximo, Domino meo clementissimo.

Idem quoque ab Eminentissimo D. Francisco Cardinale Barberino Illmus. Dn. Marchio Badensis petiit, ita scribens.

Eminentissime ac Reverendissime Domine. Monasterium antiquum Ordinis quondam Canonicorum Regularium S. Augustini situm in Comitatu Spanheimēsi, quem Familia mea hereditario jure divisum cum Palatinis Comitibus possidet, Imperator Ferdinandus II. *felic. recordatiōis, quamvis inde copias militares, Sanctissimo D. N. Papa* Urbano VIII. *Clementissimè annuente sustentare posset, transtulit ad erigendum in urbe Crucenacensi, quæ monasterio illi vicina est, Collegium Societatis Iesu, atq; alendis Christi militibus assignavit, Patribus videlicet Societatis, qui bella Domini gerere, & hæreticos præsertim gladio verbi divini profligare feliciter consueverunt. Eam translationem sive assignationem Imperatoriam, non modo nunquam impediri, verum etiam promoveri quam maximè cupiens, devotissimè atq; instantissimè Sanctitati suæ supplicavi, ut supradictum locum, ejusq; redditus, qui 70. annis, & amplius in manibus hæreticorum fuerunt, clementissimè jubeat erigendo Collegio Societatis Jesu Crucenacensi, in urbe primaria Palatinatus inferioris trans-Rhenani, atque ex parte ad meam Familiam pertinente, incorporari atq; in perpetuū uniri. Siquidē nullus alius modus superest, hoc præsertim afflictissimo tempore, alendi Patres Societatis Jesu in dicta urbe, in qua tam ante Suecicos tumultus insigni cum fructu subditorum meorum versati sunt, quam etiamnum versantur. Atque hoc ipsum negotium est, quod Eminentissimæ Dominationi Vª. plurimum commendo, rogans vehementer, ut illud pro suo erga propagationem fidei affectu singulari, Zeloque animarum, omni quo licet modo promovere, atque ad optatum exitum, suâ quâ pollet auctoritate interpositâ, deducere dignetur, firmiter sibi persuadens, spiritualia ea commoda, quæ subditis meis inde provenerint,*

NB

nerint, non tam in Familiam meam, quam in Eminentissimam Dominationem Vam. tamquam in auctorem non postremum, certò redundatura. Ego & Filii mei, dum aliquam grati paratique ad inserviendum animi significationem Eminentissimæ Dominationi Væ. exhibere vicissim possimus, vovebimus, ut Deus opt. max. Eminentissimam Dominationem Vam. S. Romanæ Ecclesiæ, publicoque bono, quam diutissimè sospitem ac superstitem conservet. Spiræ 7. Nov. Anno 1638.

Vestræ Eminentiæ

Ad serviendum paratus
Gulielmus Marchio Badensis.

Inscript.

Eminentissimo ac Reverendissimo in Christo Patri Domino Francisco S. R. Ecclesiæ Cardinali Barberino.

In hisce literis Illmi. D. Marchionis Badensis *notandum est*, quod qui initio Monasteriorum conventibus destitutorum reditus ex Indulto Apostolico à Cæsare in militaria erogabantur stipendia, postmodum agente Illmo. D. Carolo Carafa id temporis Nuncio Apostolico, nunc Emo. S. R. E. Cardinale fuerint in religiosiores usus conversi, quemadmodum ex ipsomet *in Germania Sacra restaurata pag* (*mihi*) 195. colligere licet, & ego alibi commonefeci. *Deinde* quod Illmus. D. Marchio Badensis urbem Crucenacensem (locum Comitatus Spanheimensis à Palatinatu independentem) se cum Palatino ex parte possidere contestetur, illucque nostros evocaverit, qui & ibidem Anno 1624. fuerunt, ac sua exercitia habuerunt; ut hinc non videã, quâ ratiõe solus Palatinus, nostros & quidem citra ullum suum factum & culpam exinde abesse jubere possit. Cum illud juri divino, naturæ, gentium, Civili, ac Recessibus Imperii contrarietur, Vide *infra Cap.* 2. *sect.* 3. literas Pazmany. Et alias ex instrumento Pacis *d. art.* 5. *§.* 12. Catholici subditi cujuscunque generis quoad exercitium Catholicæ Religionis, in quo turbati sunt, in eum statum, quo Anno 1624. fuerunt, plenariè sint restituendi, nisi expressè inde fiat exceptio, de qua hic non apparet.

Idem quoque Illustrissimus D. Marchio Badensis ab Eminentissimo Archiepiscopo Moguntino Dn. Anselmo Casimiro commendatitias ad suam Sanctitatem petiit.

Hochwürdiger Fürst/ rc. E. L. mögen wir freundlich nicht verhalten/ was massen die nächst seligst verstorbene/ auch jetzt regierende Kayserl. Mayt. den Patribus Societatis zu Creutzenach zur Fundation vnd Stifftung eines Collegii daselbsten/ das ohne weit davon gelegen/ den Canonicis Regularibus S. Augustini hiebevor zuständiges/ nun aber von 70. Jahren hero nimmer bewohntes Kloster Pfaffschwabenheim allergnädigst concedirt.

Dieweil

Dieweil wir dann auch vnsers theils/auß schuldigem Eyffer/zu vnserer Vnderthanen Heyl vnd Bekehrung / solche Fundation möglichst zu beförderen vns angelegen seyn lassen/deßwegen wir auch an Ihr Päpstl. Heil. vmb confirmation vnd incorporation gemelten Klosters geschrieben. Dabenebens aber vns wol bewust/was E. L. als Ordinarius bey der Sachen thun können/vnd wie viel an dero Bericht gelegen.

Als haben dieselbe hiemit freundlich ersuchen wollen / auch ihres Orts deßwegen bey Ihrer Päpstl. Heil. einzukommen/ damit solche Fundation vnd incorporation confirmirt vnd bestättiget werden möchte. Wie nun E. L. solches Gottseliges Werck zu befürderen von selbst geneigt wissen / also bleiben wir auch vmb dieselbe ein solches mit aller angenehmer Diensterweisung zuerwiederen/wie schuldig also auch jederzeit bereitwillig. Geben zu Speyr den 12. Decembris Anno 1638.

REverendissime Princeps. Dilectionem Vestram celare non possumus, quâ ratione proximè defuncta,& nunc Imperans Cæsarea Majestas Patribus Societatis Creucenaci pro fundatione & dotatione Collegii ibidem erigendi non procul inde situm Monasterium Pfaffschwabenheim olim Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, à 70. annis vacans Clementissimè concesserit.

Quoniam verò Nos ex nostra parte & debito Zelo erga nostrorum subditorum salutem & conversionem, eam fundationem pro viribus promovere satagimus,ac propterea ad suam Sanctitatem pro confirmatione & incorporatione præfati Monasterii scripsimus,& insuper nobis perspectum est, quid V. Dilectio tanquam Ordinarius ea in causa efficere possit, quantique referat ejusdem informationem habere.

Idcirco eam amicè voluimus requirere, ut placeat eam rem suæ Sanctitati ita commendare , ut ea fundatio & incorporatio confirmetur & stabiliatur. Quemadmodum verò Dilectio Va. ad ejusmodi opus pium promovendum sua sponte inclinata est; ita nos idem ipsi nostris obsequiis promereri quam sumus obnoxii, tam etiam jugiter parati. Dat. Spiræ 12. Decem. Anno 1638.

Præfati Clementissimi Domini non hac sola applicatione acquieverunt, sed insuper egerunt , ut ipsa executioni daretur: nam ita sequentes literæ testantur.

LITERAE

LITERAE
FERDINANDI II. Imperatoris
Ad
Ferdinandum Regem Vngariæ & Bohemiæ pro immissione Societatis.

FERDINAND. ꝛc.

Durchleuchtigster/freundlicher/geliebter Sohn vnd Fürst/E. L. ist am besten bekannt / daß wie solches die höchste Notturfft erheischt / also wir auch jederzeit wolgeneygt vnd begierig gewest / dem von hundert vnd mehr Jahren durch vnbilliche Gewalt vnd List vndertruckten vnd sehr geschwächten Catholischen wesen/ so viel sich nur jmmer thun lassen/widerumb auffzuhelffen.

Demnach wir nun zu dem end auch noch in Anno 1630. die Patres Societatis Jesu (als welche durch jhren rechtschaffenen Geist/ vnd exemplarischen Wandel/auch mit predigen/Beichthören/Schul halten vnd dergleichen Gottseligen Exercitien bißhero ein mercklichen Nutzen geschafft) etliche in dem Rheinischen Krayse/ sonderlich in der Vnderpfalz vnd daherumb gelegenen theils öde vnd verlassene Kirchengüter (inhalt beygelegter Specification) zuverwilligen. Darzu wir dann so wol von Jhrer Päpstlichen Heiligkeit neben einschickung darzu gehöriger Bullen/als auch durch Chur/ vnd Fürstl. bewegliche intercessiones bewegt worden seyn/daß wir den ehrwürdigen Anselm Casimiren Ertzbischoffen zu Maintz/deß Heil. Röm. Reichs durch Germanien Ertzcantzlern vnd Churfürsten Johann Bernhardum weyland Abten zu Fulda / vnd dann den wolgebornen vnseren vnd deß Reichs lieben getrewen Carlen / Graffen zu Manderscheit vnd Blanckenheim/ꝛc. als vnseren verordneten Kayserlichen Commissarien aufferlegt vnd befohlen haben / obgedachte Patres in die würckliche possess angeregter obspecificirter Klöster vnd Geistlicher Güter einzuweisen vnd darbey zuschützen.

Wañ aber durch das bald darauff wider herfür gebrochenen Schweedischen Gewalt vnd Kriegs vnruhe diese vnsere beschehene Verordnung gehindert vnd bißhero auffgehalten worden/wir aber nachmals gäntzlich entschlossen seyn/vnd verbleiben angedachten Patribus zur real possession dieser Güter zu helffen.

Als haben wir E. L. hiemit gantz freundlich vnd vätterlich ansuchen wollen/ daß Sie zu befürderung obangedachten vnsers gnädigsten intents mehrgesagte Patres in dieselbe Güter/nach inhalt obgemelter specification einführen/vnd dieselbe darbey schützen wolle. Wofern aber jemand an dieselbe Güter einige prætension oder Anspruch zu haben vermeynt / derselbe solches debito juris ordine thun vnd suchen sollen / E. L. erweisen hieran / ꝛc. Wien den 17. Maij Anno 1636. L. S. Ferdinand.

FERDINANDUS.

SEreniſſime, dilecte fili & Princeps. Dilectioni Veſtræ notum eſt, quod ſicut extrema neceſſitas exigit, ita Nos ſemper inclinati & cupidi fuerimus, ut à centum & pluribus annis injuſtâ vi & fraude oppreſſum & valde debilitatum Catholicum ſtatum, quoad fieri poteſt, erigeremus.

Poſtquam verò in illum finem Anno 1630. Patribus Societatis Jeſu (utpote qui ſincero ſpiritu, vitaque exemplari, concionibus habendis, confeſſionibus excipiendis ludisq; literariis aperiendis, & ſimilibus exercitiis piis hucusq; plurimum profuerunt) aliqua in Rhenano Circulo, præcipuè in Palatinatu Inferiori viciniſq; locis deſerta & deſtituta bona Eccleſiaſtica (juxta adjunctam deſignationem) conceſſimus; Ad quod Nos tam ſuæ Sanctitatis una ſimul transmiſſis Bullis aut Brevibus Apoſtolicis neceſſariis, quàm Electorum & Principũ moventibus interceſſionibus inclinati fuimus, ut Venerabili Anſelmo Caſimiro Archiepiſcopo Moguntino, S.R.I. per Germaniam Archicancellario & Principi Electori, Joanni Bernardo quondam Abbati Fuldenſi, atque Illuſtri noſtro & Romani Imperii dilecto, fideli Carolo Comiti in Manderſcheit & Blanckenheim, noſtris id temporis deputatis Cæſareis Commiſſariis injũxerimus & mãdaverimus, ut præfatos Patres in actualem poſſeſſionem deſignatorum Monaſteriorum & bonorum Eccleſiaſticorum immitterent ac manutenerent.

Cum autem per Suecicam invaſionem militarem mox ſubſequentem hæc noſtra ordinatio impedita & hactenus ſuſpenſa fuerit, Nos verò plane concluſerimus & conſtituerimus id agere, ut præfati Patres in realem poſſeſſioné horum bonorum immittantur, Idcirco Nos V. Dilectionem amicè & paternè requirere voluimus, ut ad implendam noſtram ſuperius recenſitam intentionem, ſæpe nominatos Patres in ea bona juxta tenorem memoratæ deſignationis intromittat, eosq; in illis manuteneat. Quod ſi quis intereſſe aliquod ad ea bona prætendat, eum ad viam juris ordinariam remittat. V. Dilectio in eo oſtendit, &c. Viennæ 17. Maii Anno 1636.

Ferdinandus.

L. S.

Similiter ſua Regia, nunc Cæſarea Majeſtas Ferdinandus III. Comiti Gallaſſio ac Baroni de Wallmerode 25. Junii Año 1636. mandavit, ut Societatem noſtram in Monaſteriorum Pontis ſalutis, Mariæ Coronæ & Franckenthalii, tum domus Ortenbergicæ poſſeſſionem introducerent.

LITERÆ.

FERDINANDI III.

Ad Comitem Galaſſium pro executione ſuprad. locis facienda.

HOch- vnd wolgeborner / Lieber Getrewer. Auß dem Beyſchluß habt jhr mit mehreren abzunemmen / weſſen ſich Jhre Kayſerliche Majeſtät mein gnädig-

ſter

ster vnd g liebster Herr Vatter den Patribus Societatis Jesu wegen Immission in die der Rheinischen Krayß / sonderlich der Vnderenpfalz Klöstern und Geistlichen Güter / als Heilsprück / Ortenberger Hof zu Wormbs / Marienkron / Franckenthal vnd dann vnser lieben Frawen Kloster nicht weit von Creutzenach gelegen / wie auch das Calvinische Gymnasiũ zur Newstatt an der Hart gnädigst resolviret, vnd mich benebens vätterlichen ersucht; Massen ich zur beförderung obangedeuten Ihrer Kayserl. Majestät gnädigsten intents mehrbesagte Patres in vorbedeute Güter vnd Klöster (jedoch mit diesem beding / daß wofern jemand an denselben einige prætension oder Anspruch zuhaben vermeynte / derselbe solches debito juris ordine thun vnd suchen solte) einführen vnd darbey schützen wolte.

Diesem nach ist zu vollziehung mehr höchstgedachter Ihrer Kayserl. Majestät meines gnädigsten vnd geliebsten Herrn Vattern Begehren vnd Befelch / daß ihr die bemelte PP. in mehrberührte Klöster vnd Geistliche Güter sampt deren pertinentien vnd was denselben angehörig / inhalt dieses meines gnädigsten Befelchs immittirt vnd darbey nach vermögen schützet / schirmet vnd handhabt / daran geschicht mein gnädigst wolgefälliger Wille / vnd habe mich mit Königlicher Gnade wol beygethan. Geben zu Donawerth / den 25. Junij / Anno 1636.

Ferdinand.

L. S.

Illustrissime atque Illustris, Dilecte fidelis. Ex adjunctis pluribus percipietis, quid Cæsarea sua Majestas Clementissimus & charissimus Dominus meus parens de Patribus Societatis Iesu in Circuli Rhenani, maximè Inferioris Palatinatus Monasteriorum & bonorum Ecclesiasticorum, videlicet Pontis Salutis, Ortenbe gica domus VVormatis, Mariæ Corone, Franckenthalii & monasterii B. Virginis prope Crucenacum, tum etiam Calviniani Gymnasii Neostadii ad Sylvam Arduennam possessionem immittendis Clemētissimè resolverit, meque æque paternè requisierit, ut ego ad memoratam Cæsareæ Majestatis Clementissimam intentionem promovendam præfatos Patres in dicta bona & Monasteria, (attamen ea cum conditione, ut cuicunque interesse prætendenti, via juris ordinaria reservetur) introducerem & manutenerem.

Ad hanc igitur Cæsareæ Majestatis Clementissimi & Charissimi Domini mei parentis voluntatem adimplendam desidero & præcipio, ut nominatos Patres in memorata Monasteria & bona Ecclesiastica cum omnibus appertinentibus vigore hujus mei Clementissimi mandati immittatis, atque in iis pro viribus defendatis, protegatis ac manuteneatis. In eo meam Clementissimam voluntatem implebitis, meq; Regiâ gratiâ vobis addictum experiemini. Dat. Donavverthæ 25. Junii Anno 1636.

Ferdinandus

L. S.

Ferdinand der dritt von Gottes Gnaden zu Hungaren vnd Böheim König / Ertz-Hertzog zu Oesterreich.

EDeler/lieber/Getrewer Auß dem Beyschluß hast du mit mehreren abzunehmen / wessen sich Jhro Kayserliche Majestät mein gnädigster vnd geliebster Herr Vatter gegen den Patribus Societatis Jesu wegen Immission in die der Rheinischen Krayß / sonderlich der Vnderpfaltz Klöster vnd Geistlichen Güter/als Heilsprück/Ortenberger Hof zu Wormbs/Marienkron/Franckenthal/ vnd dann vnser Lieben Frawen Kloster/nicht weit von Creutzenach gelegen / wie auch deß Calvinischen Gymnasii zu Newstatt an der Hart gnädigst resolviret vnd benebens vätterlich ersucht: Massen ich zu beförderung obgenannten Jhrer Kayserl. Mayt gnädigsten Intentz, mehrbesagte PP. in vorberührte Güter vnd Klöster (jedoch mit diesem beding / daß wofern jemand an denselben Güteren einige prætension oder Anspruch zuhaben vermeynte/derselbe solches debito juris ordine thun vnd suchen solte) einführen vnd darbey schützen wolte.

Diesem nach/ist zu vollziehung mehr höchstgedacht: Jhrer Kayserl. Mayt. meines gnädigsten vnd geliebsten Herrn Vatters Begehrn vnd Befelch/daß du dickermelte PP. in mehrberührte Klöster vnd Geistliche Güter/sampt deren pertinentien vnd was denselben anhenig / inhalt dises vnsers gnädigsten Befelchs vnd hiemitertheilten Gewalts immittiret, vnd darbey nach vermögen schützest/ schirmest vnd handhabest/Daran vollbringst du vnseren gnädigst wolgefälligen Willen/vnd hast vns mit Königl. Gnadē wol beygethan. Geben zu Donawerth/ den fünff vnd zwantzigsten Tag Junij / Anno 636.

Ad mandatum Sacæ Regiæ Majestatis proprium.

Dem edelen vnserē getrewen Reinharden von Wollmerode Freyherrn/Röm. Kays. Mayt. Hofkammer-Raht vnd General Commissario.

FERDINANDVS III.

Ad Baronem de VValmerode.

Ferdinandus III. Dei gratia Hungariæ & Bohemiæ Rex, Archidux Austriæ.

N*Obilis, dilecte, fidelis. Ex adjunctis pluribus videbis, Quid Cæsarea Majestas Clementissimus & charissimus Dominus meus parens de Patribus Societatis Iesu*

Iesu in Circuli Rhenani, præsertim Palatinus inferioris Monasteriorum & bonorum Ecclesiasticorum, videlicet Pontis Salutis, Ortenbergicæ domus VVormatiæ, Mariæ coronæ, Franckenthalij, & Monasterij B. Virginis prope Crucenacum, tum & Calviniani Gymnasij Neostadij ad sylvam Arduennam possessionem immittendis clementissimè resolvit & æque paternè requisivit, ut ego ad promovendam supra dictæ Cæsareæ Majestatis intentionem, præfatos Patres in dicta bona & Monasteria (attamen ea cum conditione, ut cuicunque in ijs interesse prætendenti, ordinaria juris via reservetur) introducerem, in iisq; manutenerem.

Ad hanc igitur Cæsareæ Majestatis Clementissimi & Charissimi Domini mei parentis voluntatem adimplendam desidero ac demando, ut sæpe nominatos Patres in præmissa Monasteria & bona Ecclesiastica eorumque pertinentia, an- & connexa vigore nostri Clementissimi mandati ac potestatis nobiscum communicatæ immittas, in iisque pro viribus defendas, protegas ac manuteneas. In eo nostram Clementissimam voluntatem exples, nosque tibi gratiâ Cæsarea addictos habebis. Datum Donavverthæ 23. Iunij Anno 1636.

Ad mandatum Sacræ Regiæ Majestatis proprium

Nobili, Nostro Fideli Reinhardo à VVolmerode Baroni, S. C. Majestatis Camerario, Consiliario, Generali Commissario.

DOminus Reinhardus de VValmerode Commissarius Generalis D Dn. Adamo Zorn & Hieronymo Dickel Commissariis subdelegatis. 1/8. Iulij 1636. Executionem Cæsarei Mandati, quo nostri in possessionem superius designatorum locorum introduci jubebantur, commisit.

Wolledele / vnd Gestrenge / Insonders / Günstige vielgeliebte Herren.

WElcher Gestalt ihre Käyserl. vnd Königl. Mayest. aller. vnd gnädigst anbefohlen/die Herren Patres Societatis Iesu in die der Reinischen Kreiß/sonderlich der Vnderpfalz Clöstern vnd Geistliche Güter als Heylsbruck / Ortenberger Hoff zu Wormbs / Marienceron/ Franckenthall / vnd dann vnser lieben Frawen Kloster nicht weit von Creitze. nach gelegen/wie auch in das Calvinische Gymnasium zur Newstatt an der Hardt/würcklich zu immittiren: Solches haben die Herrn auß beyverwartem Original (welches sie mir wieder zurück schicken wollen) zuvernehmen.

Damit nun deroselben Allergnädigstem Befelch schuldigster massen nachgelebt werde.

So wollen die Herrn sich eines gewissen Tags vnd Orts vergleichen / die Herrn PP. Societ. zu Speyer / Wormbs / vnd Maynz / eines solchen notificirn vnd zuschreiben / daß sie auß jhrem Mittel jemand darzu deputiren, nachmals allem demselben nachkommen / Was jhre Käyserl. vnd Königliche Mayest. allergnädigster Befelch ist / allein das keine Zeit hierunder verlohren werde. Im Fall sich einer oder ander anmeldet / so einige prætension oder Anspruch auff ein oder ander Ort zuhaben vermeinte / den oder dieselbe wollen sie nach Inhalt der Königlichen mir auffgetragenen allergnädigsten Commission bescheiden / die Immission vornehmen / alles sie durch Notarien vnd in beysein gezeugen fleissig annotiren / vnd in jhrer Relation miteinbringen / inmassen die Herrn jhrer bekanten dexteritet nach / den Sachen recht zuthun wissen werden. Vns allerseits Gott befohlen. Drusenheimb den 26. Iulij Anno 1636.

Der Herrn Dienstwilliger

Reinhard von Walmerod.

Denen Wol Edelen / vnd Gestrengen Herrn Adam Zorn vnd Hieronymo Dickheim / der Röm. Käys. May. Ober- vnd Commissario meinen insonders günstig geliebten Herrn.

Prænobiles ac strenui, addicti & dilecti Domini.

QVa ratione Cæsarea & Regia Majestates Clementissimè demandarint, Dominos Patres Societatis Iesu in Circuli Rhenani ac præcipuè Palatinatus Inferioru Monasteriorum & bonorum Ecclesiasticorum videlicet Pontis Salutis, Ortenbergica domus VVormatiæ, Mariæ Corona, Franckenthalij & Monasterij B. Virginis prope Crucenacum, tum in Gymnasij Calviniani Neostadij ad Sylvam Arduennam, realem possessionem immitti, illud ex adjuncto Originali (mihi remittendo) intelligent.

Vt autem huic Clementissimo mandato debitè pareatur, & satisfiat.

Hinc Domini de certo die ac loco conveniant, eumque Domnis Patribus Spiræ, VVormatiæ ac Moguntiæ notificent, quo ipsi ex suis aliquem istuc deputent; postea in omnibus Sacræ Cæsareæ ac Regiæ Majestatum voluntatibus ac mandatis pareant, nec tempori parcant.

Casu quo unus alterve compareat interesse prætendens, eum eosve juxta tenorem Regiæ mihi Clementissimè delegatæ Commissionis vocetis; Immissionem decernatis ac faciatis omnia per Notarium præsentibus testibus diligenter annotetis

notetis, atque Resolutioni inseratis, prout Domini pro sua dexteritate agendum noverint. Nos Deo commendantes. Drusenheimij 26/16. Iulij An. 1636.

Dominationibus V.

Ad obsequia paratus

Reinhardus à VValmerode.

PRænobilibus & Strenuis Dominis Adamo Zorn & Hieronymo Dulgheim Cæsareæ Majestatis supremo & Commissario, meis singulariter dilectis Dominis.

SEquuntur literæ Imperatoris, Regis Hungariæ & Bohemiæ, ad Cardinalem Ferdinandum Infantem Hispaniæ &c. quibus sua Majestas petit, ut Societas nostra in possessione præfatorum Monasteriorum per militem Cardinalis non molestetur.

Ferdinandus tertius, divina favente Clementia Imperator Semper Augustus.

CVm Divus &c. Imperator Cæsar Dominus Genitor noster colendissimus Augustissimæ memoriæ, dum adhuc in vivis esset, bona quædam Ecclesiastica in Palatinatu inferiori sita, Societatis Iesu Patribus multis piisque de causis animum ejusdem moventibus concesserit, nosque ipsi Cæsareæ Majestatis & Dilectionis suæ militia summam gerentes, in illa eosdem introduxerimus: Nunc autem dicti Patres, dum Reverendissimæ Paternitatis ac Dilectionis miles in dictum Palatinatum denuò inductus est, pro majore securitate sua, ne ex ijsdem bonis rursus dejiciantur, sibi interpositione nostra apud Reverendissimam Paternitatem & Dilectionem Vestram consuli humiliter rogarint: Sanè pro singulari nostra in dictam Societatem propensione, & quia hanc rem ad publicum & Religionis bonum quam maximè pertinere arbitramur, facere non potuimus, quin Reverendissimam Paternitatem & Dilectionem Vestram juxta solitam nostram fiduciam benevolè interpellaremus, quemadmodum hisce interpellamus, atque amicè poscimus, ut dictam Societatem, vel merito suo, aut certè nostra causa iisdem in bonis manutenere ac defendere lubens velit: prout de eo ad Reverendissimam Paternitatem & Dilectionem Vestram Residens ibidem noster pluribus referet, cui plenam fidem adhibere dignabitur.

Quod

Quod reliquum est Reverendissimæ Paternitati & Dilectioni Vestræ omnem consobrini & Affinis affectum amantissimi confirmantes, eandem seros in annos superstitem ac fortunatam vivere ex animo vovemus.
Pragæ 23. Iunii Anno 1637.

Ferdinandus.

PAri ratione Eminentissimus Archiepiscopus Moguntinus D. Anselmus Casimirus in literis ad Cæsarem 25. Octob. 1638. datis attestatur, quod Societas nostra Anno 1636. in possessionem præfatorum locorum cooperantibus D. Comite Galassio & D. VValmerode Commissariis subdelegatis introducta fuerit; Petit autem, ut S. C. Majestas Societatem nostram contra Religiosos aliquos, qui jus in ea loca se habere jactaverant, tutaretur ac manuteneret.

Aller Gnädigster Kayser vnd Herr.

EWer Käyserliche Mayest. geruhen sich ab den mit Litteris A. vnd B. Signirten Beylagen aller vnderthänigst referiren zulassen/ was massen in verwichenen 1629. Jahr den 12. Iunij vnd respective 14. Octobris bey dero in Gott abgelebten Allerhöchstgeehrten Herrn Vatters Käysers Ferdinandi deß anderen/glorwürdigster Gedächtnus/ Käyserlicher Regierung/nicht allein mein Nechster in GOtt ruhender Vorfahr/Weyland Ertzbischoff Georg Friderich Wolllöblichen Andenckens/ sondern auch ich mein allhier zu Meyntz gelegenes Collegium Societat. Iesu, bey jhrer Käyserlichen Mayestetät auß gewissen wollerheblichen Vrsachen/ vnnd zwar zu dem End allerunderthänigst recommendirt vnd verpetten/auff das jhnen zu bessererjhrer Außbringung vnd per conseq. propagir: Vnd Fortpflantzung vnserer vhralten allein seeligmachenden Catholischen Religion, daß von dem proscribirten Pfaltzgraff Friderich vnd den Seinigen/ dabevor nach dem Passawischen Vertrag zur Vngebür vnd Wiederrechtlich eingezogenes prophanirtes Kloster Mariæ Cron ausserhalb Oppenheimb appropiirt vnnd würcklich eingeraumbt werden möchte. Wie vnd welcher Gestalt nun hierauff allerhöchste Käyserl. Mayest. solche meines Vorfahren vnd mein eingelegte wollgemeinte gehorsambste Vorbitt nicht allein in Keyserl. Gnaden auff- vnd angenohmen; sondern sich auch darauff allergnädigst Willfährig erklärt/vnd zu solchem End mir durch ein Keyserlich rescript die Immission, vnd was sonsten zu Beförderung dieses heylsamen Werckes die Notturfft erfordern möchte/allergnädigst Committirt vnd anbefohlen/ das gibt die dritte Beylag sub lit. C. mit mehrem zuerkennen/ Krafft dessen auch ermelten Patribus zu würcklicher possels Dieses Klosters in verwichenem 1636. Jahr durch Ew. Keys. Mayest. vermittelst derselben General Leutenambten/Graff Gallassen/ vnd General Commissarien Freyherrn von Wallmerode als Käyserlichen Subdele-

Subdelegirten verholffen worden/dieselbe auch darin biß Dato ruhig geblieben/ vnd deren würcklich genossen.

Wann dan von offtermelten Patribus nach besag der vierten Beylag/sub liter. D. so viel berichtwerde / ob soll von dem Gegentheyl / daß dergleichen intercessionales ergangen / oder auch das Käyserliche rescript, darauff erfolgt / vnnd sie in Krafft dessen zu würcklicher possess dieses Klosters gelangt sein/zumahl nicht gestanden/sondern bey Ewer Käyserliche Mayestät Reichs-Hoffrath allerdings verneint werden wollen. Derwegen mich zu Befürderung der Warheit / nicht allein vmb attestation, sondern auch nachmahlige Vorschrifft An Ewer Käyserliche Mayestät gehorsambst angelangt vnd gebetten / vnnd dann daß in obangezogenem Jahr vnnd Tag auff Ihr vnderthenige Ansuchen beykommende intercessionales gantz gern ertheilt/ auch daß dergleichen von meinem Hochgeehrten Vorfahren Seel. ertheilt worden/vnd darauff das Käyserl. Decret mir zukommen/guter massen zuerinnern weiß / die gewisse Nachricht auch bey meiner Cantzeley archive befindlich ist / dannenhero ihnen solch Ihr vnterthänigste Bitt vmb so viel weniger abzuschlagen gewust / sondern weil diß Ihr suchen zu Gottes Ehr vnnd ohngezweiffelter Befürderung vnserer hin vnd wieder im Heil. Römischen Reich/bevorab in diesen Reinischen Landen üblicher Catholischer Religion gereicht/ gantz gern willfahre.

Als gelangt an Ew. Käys. Mayst. mein nachmahlige gehorsambste Bitt/ sintemahl mir nit vnbekant/in was grossen Schulden-Last/bey diesen betrübten Zeiten offtermeltes Collegium Societatis alhie gerahten/ vnnd wie schwer / ja fast vnmöglich ihnen fallen möchte / dafern durch dergleichen wollverantwortliche Mittel ihnen nicht wieder auffgeholffen werden solle / gleich hiebevor / die Schulen anzuordnen/die Jugend zuinstruiren/mit celebriren/predigen / auch Vbung vieler anderer Gottseeligen zu deß Nechsten Heyl vnnd Wohlfahrt gereichenden Wercken/sich ihrem Beruff nach gebrauchen zulassen (dieselbe allergnedigst geruhen wollen/vor allen dingen / in Ansehung ihres höchstseeligsten Herren Vatters / auch ihrer selbst eigener Dießfals ergangener allergnädigster Verordnung vnnd Käyserlichen Willen vnd Befehlen; So dann so wol meines Vorfahren Ertzbischoff Georg Friederichen Christmilten Andenckens/ als auch meiner nunmehr wiederholten allervnderthänigsten Vorbitt / geniessen/vnd die Patres bey wol erlangter possession dieses Jungfräwlichen Klosters Marien-Cron ihres Gegentheyls einstrewen ohnerachte allergnädigst handzuhaben/ vnnd hierüber die Notturfft durch dero löblichen Reichs Hoffraht außfertigen zulassen. Hieran erweisen Ewer Käyserliche Mayestät Gott vnd dem gemeinen Wesen / ein wolgefelliges vnd respective sehr nützliches Werck / den PP. vnd deren löblichen Orden aber ein sondere hohe Käyserliche Gnadt/ welche sie bey dem allerhöchsten vmb Ewer Käyserliche Mayestät beständige / gute Gesundheit / friedfertige Käyserliche Regierung / vnnd allem erwünschten Käyserlichen

Käyserlichen Wolstand zuerbitten / sich trew vnnd eifferig angelegen sein lassen werden / vnnd ich bin es dabenebens auch an meinem Ort vmb Ew. Käyserl. Mayestät Allervnderthänigst zuverdienen gehorsambst / vnnd geflissen. Dieselbe dabey ꝛc. Meyntz den 25. Octobr. 1638.

Anselmus Casimirus
Archiepiscopus Moguntinus.

AVGVSTE CÆSAR, DOMINE CLEMENTISSIME.

CÆsareæ Majestati Vestræ placeat ex adjunctis sub litt. A. & B. jubere sibi humillimè referri, quâ ratione superiori Anno 1629. 12. Iunij & respectivè 14. Octob. imperante Colendissimo Domino parente Cæsare Ferdinando II. felicis. record. non solùm meus proximus prædecessor, quondam Archiepiscopus Georgius Fridericus f. r. sed etiam ego meum Collegium Moguntinum Societatis Iesu suæ Cæsareæ Majestati ex certis gravibusque causis & quidem eo fine humillimè commendarim ac pro eo intercesserim, quo ipsi pro faciliori sustentatione ac consequenter pro propagatione & incremento antiquæ Religionis nostræ Catholicæ salvificæ à proscripto Palatino Friderico suisque post Passavicam transactionem præter jus & fas prophanatum Monasterium Mariæ Coronæ extra civitatem Oppenheim situm appropriaretur & reipsa traderetur. Quomodo verò & quâ ratione sua Cæs. Majestas antecessoris mei, meamque submississimam intercessionem non solum in Cæsareâ gratiâ susceperit, sed etiam Clementissimè eidem affectam se declararit, eoque fine mihi per Cæsareum Rescriptum, Immissionem, & quæcunque ad expeditionem illius operis necessaria forent, Clementissimè commiserit & demandarit, ex adjunctô 3. sub lit. C. videre est, vigore cujus Patres in realem possessionem hujus Monasterij superiori anno 1636. Cæsareâ Vestrâ authoritate, mediantibus ejusdem Generali Legato seu Leutenantio Comite Gallassio, & Generali Commissario Barone à VValmerode Cæsareis subdelegatis immissi sunt, in eoque hucusque perceptis realiter fructibus pacificè permanserunt.

Quoniam verò à dd. Patribus juxta tenorem adjuncti 4 sub lit. D. informor, quasi pars adversa, ejusmodi intercessionales interpositas & adjunctas, vel etiam Rescriptum Cæsareum subsecutum, vigore cujus ipsi realem hujus Monasterij possessionem adepti sunt, omnino non concedat, sed apud Cæsareæ Vestræ Majestatis judicium Imperiale Aulicum neget, indeque moti Patres non solum apud me pro testimonio veritatis, sed etiam pro iteratis intercessionalibus apud Cæsaream V. Majestatem institerint, quas tamen supranominato anno & die ad humillimam eorum instantiam lubentissimè à me, nec minus similes à meo Colendissimo memo-

ria:

ria Antecessori impertitas, ad quas mihi suprad. Cæsareum Decretum transmissum fuerat, bene recordor, ac desuper in mea Cancellariæ archivo informatio reperitur.

Unde humillimam ipsorum petitionem reiicere non potui, sed eidē, quod majorem Dei gloriam, indubitatumque nostræ hinc inde in S. R. Imperio, ac præsertim in hisce Rhenanis provinciis exercitatæ Catholicæ Religionis incrementum spectet, lubens annui.

Idcirco Cæsareæ Vestræ Majestati submississimè & humillimè supplico, ut (quia non incognitum mihi est, quanto ære alieno hisce calamitosis temporibus suprad. Collegium Societatis prematur &c. quamque difficile sit, nisi ejusmodi medijs licitis ipsi succurratur, scholas in pristinum statum restituere, juventutem instruere, celebrando, concionando, aliisque pijs exercitiis in proximi salutem tendentibus juxta vocationem suam vacare) Clementissimè placeat, ante omnia attenta Colendissimi sui Domini parentis feliciss. record. & sua propria eapropter emanatæ Ordinationis, Cæsareæque voluntatis, & Decreti; tum mei Antecessoris Archiepiscopi Georgij Friderici pientissimæ memoriæ, & meæ repetitæ submississimæ intercessionis compos facere, ejusq. Patres in legitimè adepta possessione hujus parthenonis Mariæ Coronæ neglectâ adversariæ partis prætensione Clementissimè manutenere, ac desuper necessaria in laudatissimo consilio Imperiali Aulico jubere expediri.

In eo Cæsarea Vestra Majestas Deo gratissimum præstabit obsequium, bonoque publico consulet, ac Patribus, eorumque laudabili Ordini singularem eamque Cæsaream exhibebit gratiam, quam Deo altissimo in precibus suis pro Cæsarea V. Majestatis incolumitate ac fælici regimine, omnique prosperitate ferventer ac jugiter fundendis commendabunt. Egoque pro oportunitate de Cæsarea V. Majestate submississimè promereri sum promptus & paratus. Eam &c. Moguntiæ 25. Octob. 1638.

Anselmus Casimirus

Archiepiscopus Moguntinus.

Nec minus sua Majestas Eminentissimo Archiepiscopo Moguntino Anno 1643. rescripsit, ut Societatem nostram in possessione Monasterij Pfaffschwabenheim contra jactatores & molestatores quosdam defenderet.

Ferdinant der dritte.

Hochwürdiger ꝛc. Wir mögen Ew. L. nicht verhalten / was massen Weyland vnser freündlicher geliebter Herr vnd Vatter Keyser Ferdinand der ander/ höchstseeligster Gedächtnus/ im verwichenem 1636. Jahr / denen Patribus Societatis Iesu Oberrheinischer Provintz/ etliche abkommene / vnd in der Vnderpfaltz gelegene Stifft vnd Klöster / vnd vnter anderen auch das Kloster Pfaffschwabenheim zu mehrerer fortpflantz, vnnd wieder Erhebung, der wahren Catholischen Religion/ zuübergeben vnd einzuraumen/ allergnädigste Verordnung ergehen lassen.

Ob nun zwar bald nach diesem der Ordo Canonicorum Regularium S. Augustini sich wider solche Immission allervnderthänigst beschwerdt/ vnd neben vnderschiedlichen mehr Klöstern auch vmb einantwortung obgedachtes Klosters Pfaffschwabenheim / als besagtem Orden von alters zuständig / gehorsambste Anregung gethan ; so hat doch so wol obhöchsternent vnser freundlicher geliebter Herr vnd Vatter / Christseeligster Gedächtnus / als auch wir selbsten dieses Einwendens vngeachtet/ auß erheblichen Vrsachen / es bey vorberührter Verordnung vnd beschehener Immission, allerdings verbleiben lassen.

Demnach Wir aber berichtet worden / was gestalt obgedachter Augustiner Orden / die Restitution besagtes Closters ein Zeit hero bey vnsers freundlichen geliebten Vättern vnnd Schwagern deß Königs zu Hispanien L. in den Niederlanden verordneten Gubernatoren Francisco de Melo fast instendig gesucht / auch so viel erhalten / daß derselbe dieser Sachen decision an Ew. L. als Ordinario in Ecclesiasticis remittirt vnnd verwiesen / solches aber ohne zweiffel auß Ermangelung nothigen berichts geschehen.

Als haben wir fur ein Notturfft erachtet / Ew. L. von obgemelter dieses Klosters halben allbereit hievor ergangener Verordnung vnnd vollenzogener Immission Nachrichtung zugeben/ nicht zweiffelendt/ Ew. L. es darbey nicht allein vngeändert verbleiben / sondern auch mehrbemelten PP. Societatis bey ihrer erlangter possession offtermeltes Closters Pfaffschwabenheim schützen vnd handhaben werden. Das gereicht vns von Ewer L. zu angenehmen gefallen. Dero wir ꝛc. Wien. 27 Aprilis 1643.

FERDINANDUS III.

Reverendissime &c. Dilectionem vestram celare nolumus, qualiter noster charissimus Dominus & Parens Imperator Ferdinandus II. felicis. recordationis præterito anno 1636. Patribus Societatis Iesu superioris Provinciæ Rhenanæ aliquot destituta, & in inferiori Palatinatu sita Monasteria, interque alia etiam Monasterium Pfafschvvabenheim pro incremento & exaltatione veræ Catholicæ Religionis tradi, Clementissimè ordinarit.

Et

Et quamvis hujusmodi immissioni mox Ordo Canonicorum Regularium „ S. Augustini se gravatũ humillime asseruerit, unâq; cum aliis pluribus diversis Monasteriis, etiam pro restitutione præfati Monasterii Pfaffschwabenheim „ utpote ad illum Ordinem antiquitus pertinẽtis submississimè supplicarit; attamen altissimè memoratus noster charissimus Dominus ac parens b. m. sicut „ & Nos ipsi hac prætensione non attenta, gravi de causa suprata&am Ordinationem & factam immissionem omnino confirmamus. „

Quoniam verò certiores facti sumus, quâ ratione præfatus Augustinianorum Ordo restitutionem modò nominati Monasterii aliquamdiu apud nostri „ dilecti Consanguinei & Affinis Hispaniarum Regis Dilectionis in Belgio Deputatum Gubernatorem Franciscum de Melo instantissimè petierit, atque etiam tantum impetrarit, ut ipse hujus causæ decisionem ad V. Dilectionem „ tanquam Ordinarium in Ecclesiasticis remiserit; quod haud dubie ex defectu „ informationis necessariæ factum fuerit. „

Idcirco necessarium duximus, Vam. Dilectionem de prævia illius Monasterii facta ordinatione & subsecuta immissione informandam esse, non dubitantes, quin Va. Dilectio circa eam nihil sit innovatura, sed Patres Societatis potius in adeptâ possessione sæpe nominati Monasterii Pfaffschwabenheim defensura & manutentura. In eo Dilectio Va. Nostrum beneplacitum „ implebit. Cui Nos, &c. Viennæ 27. April. 1643.

Plures eam in rem literæ tam Cæsaris, quàm aliorum Principum afferri possent, sed ex pluribus hæ superius allatæ sufficiant. Quare ad alia progrediar.

§. VI.

De Monasterio Beselicensi.

Aliæ quædam circa Brevia Urbani Papæ VIII. de Anno 1631. & 1637. quibus in Hadamarienses Societatis Jesu Patres, Monasterium Beselich transfertur, seu potius illis unitur, afferuntur sub- & obreptiones, nimirum, quod in iis narretur, monasterio Beselich de *Abbatissa* non esse provisum; 1 Cum Ordo in Monasteriis Monialium non haberet Abbatissas, sed Priorissas, & per viros Priores seu Præpositos regatur: tum Monasterium Beselich non 2 fuerit *Monialium*, eò quod in illo fratres reperiantur. *Object. Prælati.*

Sed hæc nullius sunt momenti; quippe advertendum est, quod suæ Sanctitati ab Illustrissimo & Excellentissio D. Comite, nunc S. R. I. Principe Joanne Ludovico Nassovico in supplicatione minimè fuerit suggestum, præfato Monasterio Beselich de Abbatissa non esse provisum, quemadmodum literæ expeditæ præferre videntur, sed solùm narratum fuerit, Monasterium illud Monialibus esse, uti revera fuit, destitutum, prout ex omnibus libellis supplici- *Respondetur.*

bus Ill^mæ^ suæ Celsitudinis ad S. C. Majestatem, Eminentissimos Cardinales & S.R.I. Electores datis, ac per compulsum Apostolicum hic Coloniæ prævià Citatione partis adversæ editis, Romamque ad S. Rotam transmissis videre licet. Unde cum in literis Romæ expeditis, non autem in supplicatione Ill^mi. Principis D. Joannis Ludovici Nassovici de Abbatissa fiat mentio, tenendum est, quod Supplicatio Ill^mæ. suæ Celsitudinis tanquam matrix ad effectum subreptionis attendatur, & non literæ expeditæ, Oliver. Beltram *ad decis. Gregorii XV.* 108. *n.* 11. *&* 16. quia Officiales Cancellariæ non possunt aliquid addendo in literis, præjudicare impetrantibus, ut benè decidit Rot. *decis.* 465. *n.* 4. *part.* 2. *in recentior. & decis.* 128. *n.* 5. *in fin. eadem part.* 2. *in recentior.*

Quin & rescriptum venit ex precibus declarandum Menoch. 4. *præsumpt.* 190. *n.* 4. Rebuff. *in praxi benef. in* 3. *part. signatura n.* 24. Nam ut inquit *ibidem* Rebuff. responsum intelligi debet secundùm interrogationem.

In Ordine Præmonstratensi dantur Abbatissæ.

Deinde *esto*, quod in supplicatione Illustrissimi & Excellentissimi Domini Comitis, nunc S.R.I. Principis ad suam Sanctitatem suggestum fuisset, præfato Monasterio Beselich provisum non fuisse de Abbatissa; non tamen ideo Breve Apostolicum seu rescriptum gratiæ ad illam supplicationem esset sub- & obreptitium; quia alias plurima privilegia Apostolica Ordini Præmonstratensi concessa, similiter sub- & obreptionis arguenda essent; eò quod & in illis Abbatissarum istius Ordinis fiat mentio, ut videre licet ex pluribus Pontificum constitutionibus, Rotulo jurium per compulsum Apostolicum in causa Hadamariensi editorum insertis, quæ tamen ipsimet Præmonstratenses tamquam sub- & obreptitia non reiiciunt, sed potius tamquam Germana amplectuntur.

Adhæc ipsemet Generalis Ordinis Præmonstratensis Reverendissimus Domnus Petrus Gossetius *in suis ad universum Ordinem suum literis, Incip. à tempore, datis* 5. *Septemb.* 1630. *initio statutorum novissimorum præfati Ordinis præfixis*, in suo Ordine agnoscit *Abbatissas*. Ita & in Monasterio Beselich olim agnitas fuisse Abbatissas, patet ex literis transactionis inter Cunegundem Rodheim Abbatissam, totumque Virginum Conventum in Beselich, & Capitulum S. Lubentii in Diekirchen, Anno 1488. initæ; tum ex earundem literarum transfixo Adami de Montebaur Abbatis in Arnstein, dato Anno 1517. in quo Annæ Heubscheit Abbatissæ, ac Lemudis de Reiffenberg Priorissæ in nominato conventu Beselich fit mentio. Cujusmodi literæ Rotulo jurium per compulsum Apostolicum prævià citatione partis adversæ sunt insertæ, ut ex iis atque aliis supradeductis veniat concludendum, quod Brevia Apostolica de Anno 1631. & 1637. in quibus est narratum, *Monasterio Beselitensi non fuisse de Abbatissa Canonicè provisum*, non posse sub- & obreptionis argui; Cum verissimum esset, quod in præfato Monasterio, neque Abbatissa, neque ulla Virgo Monialis superstes esset, cui de illo Monasterio esset canonicè & legitimè provisum.

Ad

Respondetur. Beselich fuisse Monasterium Virginum non virorum.

Ad alterum, quod obiicitur à Præmonstratensibus, quasi sub- & obreptitiè narratum fuerit, *Monasterium Beselich fuisse Monialium*, cujusmodi illud tamen non fuerit; *Respondetur*, id ipsum gratis & sine ullo fundamento assumi. Siquidem ex resolutionibus dubiorum, & quidem ex resolutione ad dubium tertium apud acta coram Illmo & Reverendissimo Dno. Fabio Chisio Sedis Apostolicæ Legato misso seu Nuncio cum potestate Legati de latere 8. Martii Anno 1641. agitata notoriè constat, illud verissimè fuisse narratum. Cum ad illud verificandum sufficiat ostendere statum virgineum saltem ab annis 40. (secundum Tusch. *lit. C. conclus.* 1101. *n.* 9.) vel quinquaginta *secundum* Martam. *tom.* 6. *digestorum novissimorum Tit. Ecclesia. c.* 26. 27. 37. fuisse alicui Monasterio impressum, atque uti virgineum habitum. Tusch. & Marta. *dd. loc.* Rot. Rom. *decis.* 327. *n.* 1. *& decis.* 320. *n.* 1. *lib.* 2. *in Recentiss. & decis.* 327. quò faciunt tradita ab Imol. *in Clem. quia Regulares col.* 8. *glos. sacularibus, vers. Nec obstat. de suppl. negl. Prælat.* Unde corruit illud, quasi pro præmisso narrato verificando opus esset docere, Monasterium illud primitus fuisse pro sexu mulierum præcisè fundatum, quamvis id etiam ex literis constructi Monasterii *Beselich* ostendi possit. In iis enim *Anno* 1163. datis ita refertur, *hujus* (scilicet Eustachii II.) *temporibus quidam sacerdos nomine Godefridus Ecclesiam, quæ Beselich nuncupatur, quam in parochia Diekirchen construxerat, cum omnibus attinentiis, animalium sci: & fructuum infra curiam constitutis fratribus de Arnstein contulit, ut iidem Fratres ibidem missarum solennia perpetuo procurarent, qui etiam conventum Sancti- Monialium ibidem dirigentes, primitias Deo Sabaoth dedicarunt, &c.* Hæc apud Brower. *in siderib. illustrib. in vita S. Ludovici.*

Sanè deinceps illud Monasterium à monialibus fuisse semper possessum, patet ex literis Authenticis, in quibus D. Henricus Comes de Nassau, ejusque conjux Mechthildis, *Anno* 1234. scribuntur, jus advocatiæ, quod Ecclesia *Sancti- Monialium in Beselich* ipsis solvebat in *Hattenhausen, Selebach & in Hoven*, liberè remittere. Similiter *anno* 1266. refertur, Monasterium *Sancti- Monialium Beselich* sua bona, quæ habuit in Hecffenrode, comutasse cum bonis Monasterii Arnsteiniensis in *VVinckelsass.* Anno 1267. dicitur Leutfridus eques tradidisse sua bona in *Oberdieffenbach Sancti- Monialibus in Beselich*, & *anno* 1284. Theodorus à Schönborn, Leutfridus dictus Hess, & Fridericus Equites in Dern, illorumque consortes commutasse certum tractum cum certis bonis Monasterii Virginum *in Beselich.* Imò quod Monasterium Beselich fuerit Monasterium Virginum, diversis literis subsequentium sæculorum, apud eadem acta confirmatum reperitur, quas omnes huc referre, nimis foret longum.

Saltem ex posterioribus añis huc repeto, quod *anno* 1553. perhibeatur Aña Brambachs, Abbatissa Beselicẽsis, cõcessisse Hẽrico Georgii Filio ex Superiori Dieffenbach certã partem agrorum colẽdam. *A.* 1570. Sophia Runckel Dna. & præfecta in Beselich, Erpom Wolff medietatem villæ cum pascuis & pratis in su-

in Superiori Dieffenbach, & *anno* 1578. Demudis Reichwein Priorissa, & Virgo Ida widana cum toto virginum conventu certos agros in superiori Dieffenbach Henrico Kremer & Margarethæ conjugibus, & affini Matthiæ in annos quindecim elocasse. Anno quoque 1588. Demudis Reichwein Domna Monasterii Beselich, &c. Ida widana, Catharina von Hoff & Catharina von Dieffenbach pro se & Conventualibus suis, sororibus à Conrado Becker von Westerburg / Adelhaide ejus Conjuge, centum florenos, mutuò accepisse. Rursus *anno* 1599. Virginibus Beselicensibus concessa scribitur immunitas à Telonio Limburgensi, teste Georgio Widerholt.

Ex his & similibus literis manifestissimè relinquitur, Monasterium Beselicense non tantum 40. aut 50. annis, sed aliquot sæculis usque ad hæreticorum invasionem fuisse virginum, prout etiam R. D. Guilelmus Gruter Abbas Scheidensis ac Vicarius *in literis suis ad Gulielmum Essenau 15. Septemb. 1628.* datis fatetur, cujus confessio quoque judicialiter & irrevocabiliter est acceptata. Ita enim ipse de hoc Monasterio Beselicensi agens inquit. §. 4. *omnia recepta diligenter annotes, nobis de iis postea redditurus rationem, in eum finem, ut pro ædificiorum necessariorum & claustri reparatione conserventur, & quamprimum juxta fundationem, Sanctimoniales Ordinis eò destinentur ex proventibus istis postea alimentanda, &c.*

Cum igitur ex allatis literis, atque ex propria confessione R. D. Abbatis Scheidensis constet, Monasterium Beselich fuisse monialium, atque ex eadem confessione R. D. Abbatis Scheidensis pateat, præfato Monasterio de Abbatissa seu Priorissa non fuisse tunc canonicè provisum; sequitur, verè, & nequaquam sub- & obreptitiè suæ Sanctitati ab Illmo. & Excellentissimo Comite, nunc S.R.I. Principe Domino Joanne Ludovico Nassovico narratum fuisse, illi de Abbatissa non fuisse canonicè provisum, adeoque precibus veritate subnixis rescriptum Breve Apostolicum valuisse, neque quasi ex defectu voluntatis uniendi suæ Sanctitatis posse ulterius impugnari.

Ex quibus porrò consequens est, contrarias F. Romani narratiunculas ipsis Apostolicæ Sedis, S. C. Majestatis, S.R.E. Cardinalium, S.R.I. Electorum, Principum, Episcoporum aliorumque Dynastarum voluntatibus adversari.

SECTIO. II.

Vlterior S. C. Majestatis voluntas circa Monasteria Conventibus destituta explicatur, atque à sub- & obreptione defenditur.

Secundo asserueram, S C. Majestatis *Ferdinandi II.* p. m. pronissimam fuisse voluntatem, ut pro Ecclesiæ Catholicæ bono ex Monasteriis conventu destitutis ab aliis independentibus quondam per acatholicos occupatis, & tunc recuperatis Collegia quædam Societatis Jesu & seminaria excitarentur,

quam

quam eandem voluntatem S. C. Majestatis Sanctissimus Domnus noster Urbanus Papa VIII. p. m. Reverendissimo & Illustrissimo Domno Joanni Baptistæ Pallottæ tunc Nuntio suo Viennæ degenti, nunc Eminentissimo S.R.E. Cardinali, scriptis literis approbavit, gratamque habuit, prout ipsamet S. C. Mtas. Ferdinandus II. in suis ad Ferdinandum III. Regem Ungariæ & Bohemiæ, nunc Imperatorem 17. *Maii* 1636. atque à F. Romano *in Aula. suis* §. 7. *n.* 42. relatis testata est; Cujusmodi Principis supremi attestationi motu proprio de concessa sibi ea in re auctoritate Apostolica, cui innititur intentio rescribentis, seu super qua fundatur gratia vel intentio Principis, factæ standum est, donec contrarium probetur, *per Clem. un. de probat. & ibi* Card. *q.* 9. 10. Anchar. *q.* 1. Imol. *in* 4. *col. vers. prædicta & col pen. vers. idem; et omnia.* Barbos. *in collect. n.* 8. *junct n.* 10. Paris. *cons.* 99. *n.* 3. *vol.* 4. Ripa *Respons.* 1. *n.* 28. *lib.* 1. Mascard. *conclus.* 1127. *n.* 48. *art.* 1. Deinde id Carolus Carafa tunc temporis Nuntius Apostolicus, nunc S.R.E. Cardinalis *in sacra Germania. pag.* 195. non obscurè indicat, & expressè Illmus. Princeps Paulus Savellus Orator Cæsareus apud Sanctissimum Residens, S. C. Mti. 26. *Januarii* 1630. Roma perscripsit, quemadmodum ipse F. Rom. *q.* 4. *n.* 32. *fol.* 186. fatetur, (cujus confessio omni meliori modo acceptatur) quod officialium Romanorum mens sit, aliqua Monasteria conventibus Religiosis destituta olim ab Acatholicis occupata, nunc verò recuperata, aliis non unita, seu ab iis independentia Societati nostræ transscribenda, applicanda & unienda esse, ut ex iis Collegia fundarentur Societatis, Scholarum & Gymnasiorum seminaria erigerentur, in quibus juventus in vera, orthodoxa, Catholica & Romana fide, solidisque virtutibus Christianis imbueretur, cui conformiter eum in finem sua S. C. Mtas. aliquot Monasteria Societati nostræ assignavit, variisque literis apud Laym. *in just. Defens. litt. A. B. C atq; alibi* in Tribunali S. Rot. Rom. 4. 16. *&* 18. *Octob.* 1630. 23. *Ian.* 1631. 17. *Maii Anno* 1636. *tum in Auleis* §. 7. *n.* 42. relatis contestata est, uti etiam præter easdem literas testis omni exceptione major & dignissimus est Augustissimus Cæsar Ferdinandus III. *in suis* 9. *Febr. Anno* 1642. *datis ac per compulsum Apostolicum, in causa Hadamariensi seu Trevirén. unionis* 27. *April.* 1643. *editis, atque c.* 3. *relatis*, tum in suis ad Eminentissimum Archiepiscopum Moguntinum iteratò datis, quas longum foret hic referre.

Hujusmodi tam diversæ literæ seu Rescripta Cæsarea diversis annis & temporibus prævio maturo Consilio (uti Augustissimus Cæsar Ferdinandus III. *in modo nominatis* 9. *Febr* 1642. *datis* testificatur) emanata, vim motus proprii habent, omnemque sub- & obreptionis suspicionem tollunt, per ea, quæ tradit Card. Tusch *tom.* 4. *concl.* 28. *n.* 49. 50. Ex geminatione enim verborum seu literarum colligitur voluntas clara & enixa, teste Flam. Paris. *lib.* 10. *de Resign. benef. q.* 7. *n.* 3. & secundus jussus habetur pro certâ scientiâ vel pro motu proprio *l. nec damnosa C. de precib. Imper. offer. & ibi not.* Bald. Facit glos. *in verb. aliis*, quam no. *ibi* Angel. *in Auth. de non alien. aut permut. §. quia verò simili al.* 11. Alphons. Sot in *reg.* 45. *Innoc.* 8. *quæ est* 46. *Pauli* 5. Quod tamen, ut notat Joan.

à Chockier *in d.reg.n.9.* tunc demum procedit, quando secunda jussio vel secundum Rescriptum facit expressam mentionem de primo (ut in præfatis Ferdinandi II. & III. rescriptis sæpius factum legitur) Nam alias ista geminatio non haberet effectum, per not. Bald. *in l.2.C.de petit.bonorum sublat.* Jason. *in d.l.nec damnosa.* C.*de prec.Imp.offer.* vide Menoch. *lib.2.præsumpt.*13.*n.*3. Hæc F.Rom. *alleg.*452.*n.*2.3. ubi ramẽ perperã *prol.2.C.de petit.bõor.subl.* citat. *lib.2.*

Taceo, quod eæ literæ Cæsareæ maximam partem per D. Henricum de Stralendorf, ea in re Monachis faventem ac pro iis (ut *ex infra dicendis c.2.* colligere est) agentem simul fuerint subscriptæ, quas certe, si ipse sub- & obreptitias agnovisset, haud quaquam subscripsisset, sed de sub- & obreptione Cæsarem monuisset, ne suis, quos amabat, defuisse videretur.

Contra ea nihil faciunt, quæ F. Romanus *in Aulæo.*§.6.*n.*39.40. congessit Rescripta Imperatoria, *ult. Aug. &* 18. *Sept.*1630. data; Siquidem ea sunt planè sub- & obreptitia, quemadmodum & ipse Augustissimus Imperator Ferdinandus III. *in nominatis literis* 9. *Febr.*1642. luculentissimè testatum fecit, prout *infra c.2.* videbitur. Et hic nominatim de assertis literis Cæsareis ad Principem Savellum in favorem Ordinis Præmonstratensis. *sub* 18. *Sept.*1630. à F. Romano *in d. Aul.*§.6.*n.*40.*pag.*506. relatis ostendimus, quæ ita se habere, à Præmonstratensibus & F. Romano *d.pag.*506. referuntur.

Ferdinandus II.

a F. Romanus dedimus.
b Comitis Ioannis Ludovici Nassovii.

ILLustris, fidelis, dilecte. Literas nuper ad vos misimus, (a) quibus pia desideria Comitis Ioannis Nassovii (b) incrementa Religionis Catholicæ meditantis promoveri desiderabamus, inter alia supplex Sanctitati suæ, rogabat, in ditione sua unum alterumve Monasterium Virginibus Regulam Benedictinorum & Præmonstratensium professis, olim fundatum, auctoritate Apostolica in usus seminarii aut Collegii P.P. Societatis transformari. Nobis quidem semper ea fletit sententia, & jam tum repetitis decretis sancivimus, unicuique ex justitia præscripto sua reddenda, neque temerè conquisitis licet coloribus immutandas esse supremas Fundatorum voluntates, præsertim ubi supersunt ejusdem professionis Religiosi, qui in hæreditates simul, operasque succedant, prout intelligimus, Monasterium Beselichiam tum auctoritate nostra incolere P.P. Ordinis Præmonstratensis, qui in Ecclesia Dei operæ precium faciunt, ac proinde nolumus, illos indicta causa destitui possessione & juribus, quæ per temporum etiam injurias conservaverunt. Omnino favemus Religioni, quacunque etiam viâ incrementa sumat majora, ita tamen, ut Ordinibus per Dei gratiam florentibus, patrimonia sua maneant intacta. Curabitis proinde, si quid hoc loci Sanctitas sua putaverit innovandum, saltem (c) Ordo Præmonstratensis, qui pacificam possessionem ibidem adeptus est, & stationem suam in Ecclesia Dei strenuè tuetur, cõqueri non possit, auctoritate nostra Imperiali sua causa præjudicatũ fuisse:

c Saltem ut Ordo Præmonstratensium.

Datum in Civitate nostra Imperiali Ratispona 18. Septemb. 1630.

De-

DE iis literis hæc D. Joannes VValmerode Cæsareus Consiliarius & Registrator rogatus ità inscripto respondit. Ego infrascriptus attestor, Epistolam suprascriptam nomine Cæsareæ Majestatis proximè defunctæ piissimæ memoriæ conscriptam à me nec conceptam, nec quod meminerim, subscriptam vel sigillatam fuisse; Cum tamen id officii mei fuisset. Quin diligenti factâ perlustratione tam protocollorum, quam Registraturæ Cancellariæ Imperialis aulicæ, nusquam memoriam reperisse, quod dicta Epistola à Majestate Cæsarea in consilio suo sive secreto sive Aulico decreta fuerit: Sicuti nec conceptus sive minuta ipsa Epistolæ in Cancellaria reperta fuit. In cujus rei fidem propriâ manu scripsi & subscripsi, & sigillo meo solito signavi. Viennæ 27. Novemb. Anno 1641.

L. S. Joannes Walmerode ab Eckhausen S. C. Mtis. Consiliarius Imperialis Aulicus & Secretarius Arcanus.

VIden' F. Romane, ut tuarum literarum à te *pag.* 506. allatarum, atque à me modo recitatarum ne vestigium quidem in Imperiali Archivo, scrinio vel Registratura appareat, adeóque te tuo judicio condemnes, ac proprio gladio jugules, quem contra Lavandam *in horti appendice paradox.* 30. *n.* 60. strinxeras. Certè inquiens, eas *literas, quibus uteris, nullus non falsas dixerit: nam si quis utatur literis, quæ secundum stylum Curiæ sunt registrandæ, & non inveniuntur registratæ, seu in Registro descriptæ, eæ præsumuntur falsæ, Luc de Penna,* in l. placet. 4. C. de collat. fund. col 4. per l. 1. C. de tractator. l. 1, in 2. glos. C. de desert. & ibi *Luc de Penn.* Easdem sicut & alias literas postmodum S. C. Mtas. in adjunctis BB CC. literarum suarum ad Principem Savellum Oratorem suū 9. Febr. 1642. quibus alias etiam à Cæsare non relectas, sed fide habitâ subscriptas reiicit, prout ex iisdem ad acta compulsoria in causa Hadamariensi, *sub. n.* 21. *in adjunct. lit. C.* editis ac productis videre est.

Ex quibus manifestum evadit, quod ego allegata à F. Romano *in Astro suo* Rescripta Cæsarea, *non perperam*, uti malè idem asseruit, *in horti confinibus allegat.* 452. sed *rectè* sub- & obreptionis inculpaverim, ac contra verè asseruerim, S. C. Mtis. voluntatem esse ac fuisse, ut aliquot Monasteria conventibus Religiosis destituta ab aliis independentia Societati nostræ pro Collegiis & seminariis erigendis unirentur, atque incorporarentur, quemadmodum ipsamet S. C Mtas etiam illa eadem Societati libentissimè & clementissimè consignavit.

Quinimò ante Ferdinandum II. Rudolphus II. Imperator ac Rex Hungariæ, authoritate Apostolicâ non certè absolutâ, sed ordinariâ sibi delegatâ approbante Gregorio XIII. summo Pontifice Præposituram *Thurocz* in Hungaria quondam Religiosorum Præmonstratensium conventu destitutam, ac postmodum sæcularibus conferri solitam Societati nostræ pro bono patriæ & juventutis in doctrina & moribus erudiendæ, *Anno* 1586. 19. *Maii* applicuit, ita enim inquit: *Præpositura Thurocz. in Hungaria Societati unitur.*

Nos Rudolphus, &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium, significantes quibus expedit universis, cum ab eo tempore, quo hæreses, Deo ita permittente, passim pullulare, & serpere, ac incrementum habere inceperunt, non sine dicti Regni Nostri Hungariæ, ejusdemque Ecclesiarum damno, factum sit, quod sacerdotum Catholicorum numerus diminutus esse, & per hoc ipse verus & antiquus Dei cultus decrevisse conspiciatur; idque ideo potissimum accidisse comperiamus, quod Scholæ Catholicæ, in quibus ipsa juventus erudiri, ac ad sacerdotium, verumque & antiquũ Dei cultum commodè instrui potuisset, vel raræ admodum, vel propter defectum bonorum & doctorum Præceptorum, ac ipsorum Scholarium sustentationem, parum frequentatæ, & celebratæ fuerint. Ut itaque ipsa Catholica juventus deinceps per Dei gratiam accrescat, & major habeatur commoditas, cum ipsam veram & Catholicam Religionem ab omnibus palam profitendi, tum etiam honesta literarum studia amplectendi, & per hoc ad sacrum Sacerdotii Ordinem ritè aspirandi; Decrevimus benignè, cum pro nostro in ipsam catholicam & antiquam Religionem pio Zelo, tum etiam ex CONSILIO DOMINORUM PRÆLATORUM ET BARONUM, ALIORUMQUE CONSILIARIORUM NOSTRORUM in dictum Regnum Nostrum Hungariæ (sicut id ipsum in cæteris quoque Regnis Nostris non sine magna utilitate & propagatione ipsius CATHOLICÆ RELIGIONIS factum est) Religiosos Clericos Societatis Jesu introducere, Collegiumq; pro iis instituere & fundare, in quo dicta juventus erudiatur, & ex qua, velut ex quodam seminario, Catholici sacerdotes prodire, atque adeo antiquus verus Dei cultus incrementum & propagationem habere possit. Quapropter ut dicto Collegio Societatis Jesu & personis Deo jugiter famulantibus, atq; erudiendæ juventuti continuam operam navantibus, nec non ipsis etiam juvenibus, quos in eum finem, ut præmissum est, ad suscipiendum scilicet sacros Ordines, alere & instruere tenebuntur, de vita aliarumq; rerum necessariis, queat esse prospectum. Præposituram conventus Ecclesiæ Beatissimæ Virginis MARIÆ, in Comitatu Thuroczensi existentẽ, per mortẽ & decessum Reverendi quõdam Stephani Radetii, Episcopi Agriensis, & locũtenentis olim nostri, ejusdem Præposituræ ultimi, veri & legitimi possessoris, de JURE & FACTO VACANTEM, auctoritate Iuris patronatus Nostri Regii, quo in õnibus prædicti Regni Nostri Hungariæ Ecclesiis, more Divorum quondam Hungariæ Regum, Prædecessorum Nostrorum bonæ memoriæ, optimo jure utimur, simul cum omnibus ejusdem Præposituræ bonis temporalibus, utpote totalibus Castro Znio, nec non oppidis, Villis, Teloniis, possessionibus, prædiis, Curiis, portionibus, & quibuslibet juribus possessionariis, tam in dicto Thuroczensi, quam verò in aliis quibuscunque ejusdem Regni nostri Hungariæ Cõmitatibus, existentibus & habitis, ad eandẽ Præposituram Thurocziensẽ, de jure & ab antiquo spectantibus & pertinere debentibus, memorato Collegio Jesuitarum applicavimus, dedimus, donavimus, & contulimus, ita & tali conditione, ut sufficientes illius Societatis viri Religiosi, in eodem Collegio, juxta temporis conditionem, continuè resideant, certusque numerus juvenum, ut commodè fieri poterit, ad sacerdotium promovendorum, ex dicta Præposituræ

provent-

proventibus, per ipsos Patres de Societate IESV intertencatur, & alia quæcunque, quæ ad peragendum ritè cultum divinum, docendumque ipsum populum, ac erudiendam in pietate & honestis literis juventutem pertinent, diligenter & ... ta pium ipsorum institutum, peragantur. Imò applicamus, damus, donamus, & conferimus, jure perpetuo & irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter & habendam. Harum nostrarum Secreto Sigillo nostro, quo ut Rex Hungariæ utimur, in pendenti communitarum, vigore & testimonio literarum.

Datum in arce Nostra Regia Pragensi, decima nona die Mensis Maij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo sexto, Regnorum Nostrorum, Romani undecimo, Hungariæ & aliorum decimo quarto, Bohemiæ verò Anno similiter undecimo.

L. S.

RUDOLPHUS

Hactenus Imperator Rudolphus, Rex Hungariæ. Quod autem Reges Hungariæ, jam ab aliquot sæculis à Sede Apostolica de bonis Ecclesiasticis &c. disponendi potestatem delegatam acceperint, ex *Diplomate Sylvestri Summi Pontificis* audiamus, qui ita loquitur:

SYlvester Episcopus, Servus Servorum Dei, Stephano Duci Vngarorum salutem & Apostolicam Benedictionem. Legati Nobilitatis tuæ, imprimis verò charissimus Confrater Noster Astricus venerabilis Colocensis Episcopus tantò majori cor nostrum lætitia affecerunt, ac minori officium suum labore confecerunt, quantò divinitus præmoniti, cupidissimo animo illorum adventum, de ignota nobis gente, præstolabamur. Fælix legatio, quæ Cælesti prævenia Nuncio, atque Angelico pertractata ministerio, prius Dei conclusum est decreto, quam à nobis audita fuisset. Verè non volentis, neque currentis, sed secundum Apostolum, miserentis est Dei, qui teste Daniele mutat tempora & ætates, transfert Regna atq; constituit. revelat profunda & abscondita & novit in tenebris constituta, quia lux cum eo est: quæ, sicut docet Ioannes, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Primum ergo gratias agimus Deo Patri & Domino nostro IESV Christo, qui temporibus nostris invenit sibi David filium Geisæ (Iesse) hominem secundum cor suum. & luce irradiatum Cœlesti, suscitavit illum pascere Israel populum suum, electam gentem Hungarorum. Deinde laudamus pietatem sublimitatis Tuæ, in Deum, & Reverentiam erga Sedem Apostolicam, cui divina patrocinante misericordiâ, nullo meritorum nostrorum suffragio præsidemus. Tum verò largitatem liberalitatis, quâ B. Petro Apostolorum Principi, Regnum ac Gentem, cujus Dux es, cunctaque Tua, ac Teipsum per eosdem Legatos & literas perpetuum obtulisti, digno præconio commendamus: Hoc enim facto egregio apertè testatus es, & reverà talem Te merito esse demonstrasti, qualem ut nos Te declarare dignaremur, studiosè expetivisti. Sed parcimus: Neque enim necesse est, ut quem tot ac talia præclarè pro Christo,

Christo gesta facinora voce publicâ clamant, quemque Deus ipse commendat, amplius commendemus. Quare Gloriose Fili, cuncta à nobis & Sede Apostolicâ expostulata, Diadema, nomenque Regium, Strigoniensem Metropolim & reliquos Episcopatus, de omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate præmonente, atque ita jubente eodem omnipotente Deo, cum Apostolica & nostra benedictione libenter concessimus, concedimus & impertimur, Regnum quoque à munificentia Tua S. Petro oblatum, Teque unà ac Gentem & Nationem Hungaricam præsentem & futuram, sub protectionem S. Romanæ Ecclesiæ acceptantes, prudentiæ Tuæ, Hæredibus ac legitimis Successoribus Tuis habendum, tenendum, regendum, gubernandum ac possidendum reddimus & conferimus. Qui quidem Hæredes ac Successores tui, quicunque, posteaquam per optimates legitimè electi fuerint, teneantur similiter nobis & Successoribus nostris per se, vel per legatos debitam obedientiam ac reverentiam exhibere, seque S. Romanæ Ecclesiæ, quæ subjectos non habet ut Servos, sed ut Filios suscipit, universos subditos esse ostendere, atque in Catholica fide, Christique Domini ac Salvatoris nostri Religione firmiter perseverare, eandemque promovere. Et quia Nobilitas tua Apostolorum gloriam æmulando, Apostolicum munus, Christum prædicando, ejusque fidem propagando gerere non est dedignata.

NOSTRASQUE ET SACERDOTII VICES supplere studuit, atque Apostolorum principē præ cæteris singulariter honorare: idcirco & Nos singulari insuper privilegio Excellentiam tuam, Tuorumq; meritorū intuitu, Hæredes ac Successores tuos legitimos, qui, sicut dictū est, electi, atq; à Sede Apostolicâ approbati fuerint, nunc & perpetuis futuris temporibus condecorare cupientes, ut postquam Tu & illi, coronâ, quam mittimus, ritè juxta formulam Legatis tuis traditam, coronatus vel coronati extiteritis, Crucem ante se, Apostolatus insigne, gestare facere possis & valeas, atque illi possint valeantque, & secundum quod Divina gratia Te & illos docuerit, Ecclesias Regni tui præsentes & futuras NOSTRA AC SUCCESSORUM NOSTRORUM VICE DISPONERE ATQUE ORDINARE, Apostolicâ authoritate similiter concessimus, volumus & rogamus, sicuti in alijs literis, quas in Communi ad Te Optimatesque Regni & cunctum fidelem populum per Nuncium Nostrum, quem ad te dirigimus, deferendis, plenius hæc omnia explicata continentur.

Oramus omnipotentem Deum, qui Te de utero Matris Tuæ vocavit nomine Tuo ad Regnum & Coronam, quiq; Diadema, quod Duci Polonorum confectum per Nos fuerat, Tibi dandum mandavit, augeat incrementa frugum justitiæ suæ; novellas plantas Regni tui rore suæ Benedictionis perfundat largiter, Regnumque Tuum Tibi, Teq; Regno servet incolumem; ab hostibus visibilibus & invisibilibus protegat, ac post terreni Regni molestias in Cœlesti Regno Coronâ adornet æternâ. Data Romæ VI. Kal. April. Indictione decima tertia.

CAP.

CAP. II.

Variæ Protestationes contra Intercessionales Deputatorum Electoralium &c.

S.C. *Majestatis, Diversorum S. R.I. Principum Electorum at-& protestationes referuntur*, quibus unanimiter adversus quorundam suorum ad Comitia Ratisponēsia Deputatorum sub-&obreptitiè, conceptas pro antiquis Ordinibus ad obtinendam à sua Sanctitate supra recensitarum unionum & assignationum Societati factarum rescissionē &c. intercessionales, *sectione primâ* declaratur, eas sine suo scitu ac voluntate emanasse, ac *sectione secundâ*, quomodo se varij Principum legati de ijs purgare studuerint. &c. Tum *sectione tertia* Protestationes Catholicorum Statuum in Hungaria subijciuntur.

SECTIO. I.

Protestationes Cæsaris, Electorum, Principum &c.

CUm F. Dominicus Abbas weingartensis Ord. S. Benedicti; Fr. Petrus wilhelmus, Abbas in Euserthall Ordinis Cistert; F. Gabriel Reeb, Prior in Rebdorff, Canonic. Regular. Ord. S. Augustini resciviſſent, ſuæ Sanctitatis & S.C. Majestatis voluntatem esse, ut quædam monasteria conventibus Religiosis destituta ab hæreticis invaſa, Cæsareis armis recuperata, ab aliis monasterijs independentia, Societati nostræ incorporarentur, eam Sanctiſſimam voluntatem, ut intervertérent, S.C. Majestati & S.R. Imperij laudatiſſimorum DD. Electorum, Principum, aliorumque Statuum Consiliariis, Legatis & Oratoribus supplicaſſent, atque à præfatis Electorum Legatis, ſub Comitiis Ratiſbonenſibus 14. Octob. Anno 1641. literas ad ſummum Pontificem Commendatitias, quas vulgò intercessionales vocant, obtinuiſſent, quæ à F. Romano *in aula is §. I. & II.* referuntur, ſub prætextu, quaſi per prænominatas Monasteriorum translationes, applicationes, ab aliquot annis factas, fundationibus primis, Concordatis Nationis Germanicæ, & Imperij Constitutionibus præjudicaretur, adeoque retractandæ viderentur & peterentur. Ijs in literis plurimum F. Romanus gloriatur, fortè exiſtimans, nullum fore, qui de earundem literarum veritate apud ipſos Principes eſſet inquiſiturus, utrum ex eorundem voluntate & aſſenſu emanaſſent: Siquidem non ita facilis ad ipſos principes datur acceſſus, ut vel ipſi de veritate geſtorum doceantur, vel etiam eadem ex ipſis intelligatur. Nam ut ex Baldi *conſ.326.n 5.vol.1.* Dec. *conſ.197.in fin.* tradit Catellianus Cotta *in Memorabilib. ſuis verſ. princeps;* Magnos, *inquiens*, principes hoc ſolo carere, ut non habeant, qui eis veritatem dicant, quod eſt notandum per Conſiliarios, & illos, qui principibus aſſiſtunt, & ideo in vita Divi Aureliani Imperatoris legimus, Diocle-

„ Diocletianum Principem jam privatum dixisse:nihil esse difficilius,quàm be-
„ nè imperare: Colligunt enim se quatuor vel quinque, atque unum consilium
„ ad decipiendum Imperatorem capiunt:dicunt quid probandum sit: Impera-
„ tor autem, qui domi clausus manet,vera non novit: cogitur hoc tantum sci-
„ re,quod illi loquuntur; facit judices,quos fieri non oportet; amovet à Re-
„ publ.quos debebat retinere. Quid multa? Bonus,cautus, optimus vendi-
„ tur Imperator. Hæc ille.

Verum licet multi præ timore & nimia reverentia, ut loquitur Baldus *d.conf.325 n.5.* non ausint dicere verum,attamen quia & S.C. Majestatem reliquosque S R.I.Electores Principes clementissimos noveram, & benignissimos,mox ut præfatorum Religiosorum libellum supplicem rubricatum,unà cum Deputatorum Commédatitiis,priusquam Romam destinarentur,accepi, & S.C.Majestati, S.R.I.Electoribus ac principibus rem totam patefeci, qui omnes unanimiter hanc mentis suæ voluntatem nec fuisse nec esse, neque id suis Deputatis demandasse contestati sunt.

Et quidem S.C.Majestas supplicationem modo nominatorum prælatorum rejecit; Altera verò,quæ per eosdem Prælatos Religiosos Imperij Deputatis fuit præsentata, nunquam in consilio vel lecta, vel ad deliberandum proposita fuit;ut proinde, quæ ideo emanavit Deputatorum Electoralium commendatitia supplicatio ad sanctissimum D. N. Urbanum Papam VIII. nonnisi sub-& obreptitiè fuerit impetrata; qualem S.C.Majestas,Principes, Electores,Moguntinus,Coloniensis & Bavarus, alijque S. R. Imperij Principes ac Prælati sub manibus & sigillis suis se habere contestati sunt: Quin & præcipui Legati,qui dictis Comitijs interfuerunt, eamque tanquam suppositiam & falsam condemnarunt,ut mirum sit, quâ fronte eandem F.Romanus in conspectum S.C.Majestatis, S.R.Imperij Electorum ac Principum evulgare fuerit ausus, & *allegat* 452.alium immeritum sine ulla ratione pro suo duntaxat lubitu *falsarum allegationum* insimulare. Cum omnium primò se ipsum in conscientia accusare haberet. An nescit, quod producens falsam scripturam,teneatur de falso *l.pen.& ibi* Bald *n.3,C.de fide Instru.l.4. C. Si reus vel accusator mortuus fuerit.*

Sed ut de sub- & obreptione literarum quarundam Cæsarearum ac Legatorum Principum in Comitiis Ratisbonensibus ad suam Sanctitatem Commendatitiæ supplicationis liquidò constet benevolo Lectori, ex pluribus S.C.Majestatis ad Acta compulsoria coram Adm. Reverendo D. Ioanne Maesis.SS.Theol. Licentiato,ad D. Cuniberti Decano & Compulsore Apostolico,exhibitis literis,ijsque recognitis, atque ad Sacram Rotam Romanam transmissis unas duntaxat, & quidem Cæsaream instructionem ad Fridericum Ducem Savelli, Oratorem Cæsareum Romanum missam Vien. 9. *Febr. Anno* 1642. datam,cum quibusdam adjunctis apud Acta compulsoria Coloniæ coram dicto Domino Compulsore Apostolico (prout ex mecum ex Re-

ex Registratura Cæsarea fuerunt communicatæ) sub sigillo Cæsareo & Registratoris manu editâ atq; 18. & 23 Septemb. 1643. per Dominum Hermannum Schulgen, ac Dominum Everhardum Vinhoven, Nobilissimi Domini Ioannis Crane S. C. Majestatis Consiliarii Imperialis Aulici, Comitis Palatini, & ad tractatum Pacis universalis Legati Secretarium, quod ipsamet sua Magnifica Dominatio in legatione existens non esset conveniendo, recognitam producam, quæ ita se habet.

Illustri, Fideli, Nobis Dilecto, Friderico Duci Savelli, Consiliario nostro Secreto, Campi Marschallo, Colonello, ad Sedem Apostolicam Oratori.

Ex adjunctis Memorialium sub A. & B. notatis Exemplis uberius percipietis, quid ad nos Patres Societatis IESU ratione Intercessionalium 14. Octob Anni proximè præteriti, à Consiliarijs & Legatis principum Electorum Imperij Catholicorum, ad nupera Comitia Ratisbonæ celebrata missis ad Instantiam Ordinum S. Benedicti, Cistertiensis, Premonstratensis & S. Augustini Canonicorum Regularium ad Sanctitatem suam perscriptorum, tum etiam ratione Monasterij in Beselich, humiliter deferant, conquerantur & rogent.

Quo propius hæc res cum Religionem & Remp. tum Summi quoq; Culminis & Pontificij vel Imperialis authoritatem concernit, eò sollicitius nobis operam dandam esse intelligimus, ne quid uni alterive hic præjudicij afferatur. Nō ignoramus equidem, probeq; informati sumus, quod cum An. 1628. 1629. de restitutione bonorum Ecclesiasticorum contra Constitutionem pacis Religiosæ ab Acatholicis occupatorum ageretur, diversas tum in Imperiali consilio Aulico fuisse sententias, ac non modò Edicto præfato An. 1629. super gravaminibus Imperij publicato, ita statutum fuisse, ut sua cuiq; Ordini ac Collegio bona erepta restituerentur; verum etiam prolixas quasdam literas conceptas, manuq; Col^mi. Domini Patris & proximi Antecessoris nostri subscriptas, ad Illustrem quondam Fratrem vestrum principem Paulum Savelli pervenisse, quibus Dilectio & Majestas sua Cæsarea districtè illi injungeret, ut ne quicquam bonorum ejusmodi restituendorum sub quocunq; prætextu, etiam majoris boni, alij Ordini, quàm, cui illa dicata essent, applicari, vel in alios usus converti pateretur: quippe quod Dilectio & Majestas sua id permittere & dissimulanter ferre, nec in conscientia posset, nec de intentione sua illum aliter, ubi necessum esset, attestari velle; prout ex literarum, quod hic adjungimus, exemplo prolixius percipietis lit. C. At quo modo Dilectioni ac Majestati suæ Cæsareæ illæ, aliæq; in hac materia scriptæ, non advertenti exciderint, nihil hic attinet dicere; Sanè non illum proprium Dilectionis & Majestatis suæ, sed alienum sensum & intentionem fuisse scimus Nos, utpote qui nō cōsilijs tantùm interfuerimus, sed partim etiā Executionib. præfuerimus. Et si non aliunde, vel ex hoc liquido constare potest (quod cū Dilectio & Majestas sua, re maturè perpensâ, die 16. Oct. A. 1630. PP. Societatis IESV diversa monasteria & Collegia in inferiori Saxonia erigendis Collegiis & Seminariis

assignasset, eaque super re oportunas literas tam ad suam Sanctitatem, quàm dictum quondam Oratorem suum, Fratrem vestrum Savelli principem, quarum utrarumque una cum designatione assignatorum Monasteriorum hic sub D.E. apponuntur Exempla, expediri jussisset; vice Cancellarius autem tunc temporis suus cunctaretur nonnihil, ac monitus subinde rationes quasdam, cur eas literas expediri non debere putaret, opposuisset; Dilectio & Majestas sua literis 7. Novembr. e-
» *iusdem anni manu propria exaratis, ita declararit; re deliberatâ se nihil comperi-*
» *re rationis, cur ipse imperatas literas expedire non debeat; facilè se ejus rei rationem*
» *esse redditurum, nec sibi quoad hoc ullum facere scrupulum; quin imò sperare, se cō-*
» *stituturum sibi & quibuscunq; qui huc cooperentur apud Deum ejus rei præmium,*
prout ex earundem literarum Exemplo hic sub F. apposito latius videre est. Ex quibus de aliis literis, quæ ad Reverendissimum Dominum Cardinalem Savelli, Fratrem item vestrum, non ita multo post, quarum Copia hic sub G. adijcitur, vel ijs etiam, qui à dictis P.P. 18. Septemb. data producuntur, quid sentiendum sit, facilè vos ipsi judicabitis.

Iam ad intercessionales illas, nomine Catholicorum Principum Electorum ab eorundem Consiliariis & Legatis, post finita nupera Comitia ad suam Sanctitatem expeditas, quod attinet, nō est certè, ut nobis persuadeamus, voluisse illos, easdem de illis etiam Monasteriis, Collegiis, vel bonis intelligi, quæ sæpè dictus Colendissimus Dominus Pater Noster pijssimæ memo: memoratis Patribus Societatis IESV ad usus prælibatos assignarit, aut cum in literis illis authoritatem suæ Sanctitatis ac S. Sedis Apostolicæ iterata reverenti facta contestatione, salvam quoad dispositionem de ejusmodi bonis esse voluerint, Nostram & Cæsareæ Culminis potestatem sartam tectamque esse voluisse.

Attamen, cum, si eæ literæ alium sensum haberent, vel aliorsum traherentur, id nobis dissimulanter non esset ferendum, certum etiam nobis sit, concessionibus sive assignationibus à sæpè memorato Colmo. Patre nostro, PP. Societatis, alijsq; ad usus prælibatos factis nullatenus derogare, sed easdem, quantū in nobis est, defendere ac tueri; Benignè vobis committimus, uti vigili oculo ac diligenter ad hoc attendatis, an quid à quoquam sub prædictarum Intercessionalium prætextu contra prememoratas concessiones dictæ quondam Dilectionis ac Majestatis suæ Cæsareæ vel nostras moveatur, aut attentetur, deq; eo nos quamprimum certiores reddatis.

Ac interim, ne quid in præjudicium earum fiat, omni studio caveatis, prout de spectata fide, industria vestra omninò confidimus. Peragetis in hoc benignam nostram voluntatem, qui de cætero gratiam vobis Nostram Cæsaream clementer confirmamus. Viennæ 9. Febr. Anno 1642.

Ferdinandus.

Ferdinandus Curtius.

Ioannes Walmerode:

ADjuncta supplicationum Societatis ad S.C. Majestatem sub A. & B. non huc spectant, sed ad processum Romanum, ideoq; hic omittūtur: ijs subjecta:

jecta est Copia literarum S.R.Imperij Electorum Principum Catholicorum, Dominorum Consiliariorum, & ad Comitia Ratisponensia Deputatorum Legatorum ad Summum Pontificem datarum. Ratisbonę 14. Octobris. 1641. quæ hic brevitatis causâ omittuntur, Alias recitantur à F. Romano *in Aulcis pag.* 503. & Incip.

Beatissime Pater.

ANtiquorum Ordinum S. Benedicti, Cistertiensis, Præmonstratensis, & S. Augustini, Canonicorum Regularium in Germania Prælati, per suos Cōmissarios Nobis in hoc generali Rom. Imperij conventu congregatis exposuerunt, jam inde ab annis aliquot, tot tantaq; Ordinum suorum Monasteria, vel ut recitat F. Romanus *pag.* 503. tot tantaque Ordinum suorum Monasteriorum bona in Germania &c.

Finis. Hoc pacto Sanctitas vestra pro vigore prædictorum Ordinum & Ecclesiasticæ Tranquillitatis in Germania præclarum statuet remedium, cui pro Pace universali & orthodoxæ Religionis propagatione diuturnam à Deo incolumitatem ex animo precamur & vovemus. Ratisbonæ 14. Octob. 1641.

Sanctitatis Vestræ.

Devotissimi & obedientissimi S. R. I. Electorum Principum Cathol. ad hac generalia Comitia Deputati Consiliarij & Legati.

LIt. C. Narrantur literæ sub- & obreptitiæ, quæ pro Ordinibus antiquis à Cæsare emanasse per F. Romanum referuntur.

D. E. Literæ *Cæsareæ*, quæ pro Societate Romam à S. C. Majestate cum designatione Monasteriorum quorundam in inferiori Saxonia Societati uniendorum expeditæ sunt, enumerantur.

F. Abschrifft Handbriefflein Ihrer Käyserlichen Mayt an H. von Stralendorff / in favorem Patrum Societatis Iesu de dato 7. Novembris. 1630.

LIeber von Stralendorff. Ewer gestriges Tages mir zugeschickten Zettel habe ich bestes Fleisses nachgedacht / vnnd befinde die Sache also beschaffen / daß Ihr euch meinen Willen zuvollenziehen / vnd die vor vielen Tagen anbefohlene Schreiben zu expediren einziges Bedencken tragen sollet, wie ich mir dann wol getrawe / diese meine genommene Resolution zuverantworten / vnd mache mir deßwegen einzigen Scrupell / sondern verhoffe vor mich / vnd die / so darzu helffen / Belohnung bey Gott. Wollet derowegen solche Schreiben also bald außfertigen &c. Ich aber verbleibe vor allerzeit ewer vnd der ewriger günstiger Käyser vnd Herr. Di casa 7. Novemb. An. 1630.

Handbrieff-lein Ihrer Käyserlichen Mayest.

Ferdinand.

Exemplum literarum manu propria Cæsareæ Majestatis ad D. Stralendorff in favorem Patrum Societatis Iesu 7. Novemb. 1630. datarum.

Authographū Cæsareæ Majestatis

DIlle&ae;Stralēdorf, Vestrâ Schedulâ mihi heri submissâ & diligēter expēsâ, rē ita inveni constitutā, ut cur meā voluntatē implere, literasq; pluribus antè diebus imperatas expedire cūctemini, nihil comperiā rationis. Omninò
" confido, me ejus rei & datæ resolutionis rationem esse redditurum, nec mihi
" quoad hoc ullum facio scrupulum. Quinimo spero me cōstituturum mihi &
" quibuscunq;, qui huc cooperantur, apud Deum ejus rei præmium. Quare eas
" literas confestim expediatis, &c. Ego autē semper maneo vester vestrorumq;
" benevolentissimus Cæsar & Dominus. Ex Aula &c. 7. Novemb. Ann. 1630.
" *Ferdinandus.*

Lit. G. recensentur sub- & obreptitiæ literę, quasi ab Imperatore pro Ordine Præmonstratensi sub 18. Septemb. 1630. ad Ducem Savelli Oratorem Cæsareum emanassent; cum tamen eas vel sub- & obreptitiè obtentas esse oporteat, vel suppositias, ut ex ejusdem Registratoris Cæsarei attestatione *praecedente cap.* 1. §. 6. relatā videre est.

Ex supra recitata Cæsarea testificatione colligitur, Literas à Cæsare *non relegente, sed fidem Scriptori habente* subscriptas, *consensu deficiente, non sibi constare*, nec Ordinibus proficere, uti extra dubium est, ita rescribentibus Imperatoribus *in l. ultim. Cod. plus valere, quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.*

Consiliarii in Aula Cæsaris qui pro antiquis ordinibus fecerint.

ILlsre. Sigre. Ricordo a V.S. di presente quanto le comisi con altra mia delli 21. passato sopra la surreptitia Intercessione & a Sri. Elettri. Cattci concessa ad alcuni Monaci di san Benedetto, acciò la Sta. sua gli restituissa i Monasterij loro all'heretici ritolti, & in altri usi più necessarij per il colto d. Dio, e Salute dell'anime convertiti, secondo essi nella Dieta di Ratisbona præsenti vanno publicando d'haver ottenuto su l'fine dedessa Dieta, e partenza de gl'Ambri. d.d. principi. Soggiongo qui solo, che da. Intercessione. (almeno Riguardo alla saputa, e consenso meo, e de Principe Elettre. Di Colonia) è del tutto surreptitia, è pero desidero, che quando da. Religiosi mediante la pretesa intercessione, Si mettessо. à pratticare colà la restitutione suda. V.S. in ogni meglior modo Vi protesti contro, opponendo che per conto dell'Interessi de' Stati miei

Stati miei l'intercessione da non sij stata concessa con sapputa, e consenso mio, diche ben si potrebbe dar ragguaglio più preciso, bisognando. E fratanto. Monaco 13. Mar. 1642.

Illustris Domine. In memoriam revoco Dominationi Vestræ, quod ipsi meis literis, 21. mensis præcedentis datis commisi ratione Intercessionaliũ DD. Electorum Catholicorum à quibusdam Monachis sub- & obreptitie imperratarum, ut sua Sanctitas ipsis Monasteria ab hæreticis recuperata, & in alios usus magis necessarios ad Dei cultum atque animarum salutem conversa restituat, prout ipsi in Comitijs Ratisponensibus præsentes jactant se sub finem Comitiorum & discessum Legatorum dictorum Principum obtinuisse.

Quibus illud duntaxat addo, quod dictæ intercessionales sine scitu saltem meo & Principis Electoris Coloniensis planè subreptitiè sint impetratę, atque ideo desidero, ut si ijs intercessionalibus Monachi usuri, circa restitutionem aliquid molirentur, Vestra Dominatio omni meliori modo contrà protestetur, opponatque quod attento meorum Statuum interesse præfatæ intercessionales sine scitu & consensu meo emanarint, prout literarijs documentis, ubi opus foret, accuratè doceri posset. Interim &c. Monachij 13. Martij 1642.

Transsumptum hoc concordat ad verbum cum Originali. Sic testor ego infrascriptus Serenissimi Domini Ducis Bavariæ Electoris Consiliarius & Secretarius intimus. Monachij 19. Martij An. 1642.

L. S. Balthasar Ranpeck.

Literæ Serenissimi Domini *VVolfgangi VVilhelmi Comitis Palatini ad suam Sanctitatem* Dusseldorpio 5. August. Anno 1642. transmissæ sub Sigillo Serenitatis suæ & manu Domini Binsfeldt ejusdem Serenitatis suæ Secretarij recognitis per Nobiles & Clarissimos DDn. Hermannum Ostmann I.V.L. Serenissimi Principis Electoris Coloniensis Commissarium Aulicum, Nobilitatisque Ducatus Montensis Syndicum, & Bernardum Engels ejusdem Serenissimi Comitis Palatini Agentem.

ESsendomi stato riferito, che alcuni Padri religiosi habbino supplicato la Santità Vra. & che di più a lei sia fatta instanza in nome delli Conseiglieri, & Ambasciatori di tutti li Principi Elettori Cattci. dell'Imperio Romano, in favore di detti Religiosi; acciò tutti li Monasterij fondati in beneficio delle persone di loro religione, & da alcuni anni in qua trasferiti alla società di Giesu, alloro fossero restituiti: Et seben che la Santità Vra. in quel mētre già havera inteso, che le dette instãze fatte a lei dalli detti Ambasciatori nõ siano approbate, ne della Mta. Cesea. ne delli Elettori di Mogõza & Colonia, ne del Duca di Baviera loro patroni; Et per questo io tanto meno ho stimato necessario, ch'io

ch'iò in questa materia intervenghi per li Padri della detta Societa: non credendo che sia l'intentione loro di pretendere quelli monasterij liquali sono restati posseduti d'altre religioni. Con tutto ciò per prevenire a tempo a la restitutione de questi, chi sono situati nelli miei paesi, ho giudicato esser necessario, di ricordare la Santa. Uta ch'Il gia Papa Paolo quinto di Beatissima memoria (a cui tempo la benignita della divina Majesta me ha concessa la luce & gratia della mia conversione, & d'esser fatto un membro indegno della sua santa Chiesa) ha rimesso alla mia dispositione le intrate delli monasterij situati nelli miei Paesi (liquali doppo il principio del Lutheranismo sono stati applicati & altri usi) io le possa applicare al meglior uso, ch'io giudicarei esser profitevole per il servitio & culto divino, & della sua santa Chiesa.

Sopra laquale benignissima concessione lo ho fondato nelli miei Paesi alcuni Collegij per la detta compagnia di Giesui & di più ancora puoco fa ho fondato un seminario;

In un Monasterio, loquale ab antiquo era fondato per le Donne religiose di Sto. Dominico ho introdotto da nuouo le Donne di detta religione; & di più ho fatto fabricare chiese & monasterij; tanto delle dette entrate, quanto della mia entrata propria non solamente per la detta compagnia, ma ancora per li Capucini, come anco un hospitale per li fratelli di Charità non voglio dire, che per le occaggioni della guerra che dura tanto tempo in Allemagna; per alcuni anni Io ho sostentato le dette donne religiose della mia entrata temporale, come ancora li parochi stessi in molti luoghi del mio Ducato di Neubourg, liquali non potevano più sustentarsi; dove all'incontro li Padri della detta Societa per la gratia & benedittione divina non solamente se sono conservati nelli Collegij fondati da me, ma ancora in quel mentre, che se trouvano in miei Paesi, mediante l'adiuto divino hanno cõvertito più, che ottanta milla Anime alla santa fede catolica: oltra che per l'instruttione della giuventu & altri studij di loro fontione hanno fatto, & vanno continuando di fare notabili progressi nella vignea d'Iddio & maggiori di quelli; che se forse potevano sperare da quelli, per cui religione erano all primo fondati detti Monasterij, delli quali erano privati più che cento anni;

Et se ben che per questo Io mi confido, che la Sta. Vra. alla instanza fatta delli sudetti religiosi, non vorra rivocare ne mutare quella, che per la detta dispensatione concessami dall sopra detto Papa Paolo quinto, Io ho disposto mediante l'assistenza divina, con tanto accrescimento della religione Catt. ca Romana: Con tutto ciò ho giudicato esser il debito mio di recordare di tutto questo la Santita V.ra, acciò non si lascia persuadere d'altri alla detta mutatione, & che in ciò, & in altre occaggione tenga sempre per raccommendata la detta compagnia & di protegerla in quello che detti Padri della Società godono tanto nelli miei paesi che altrove nelli Monasterij, delli quali avanti molti anni erano esclusi le altre religioni, assicurando la Sta. Vra. che questo
servira

servira per la confirmatione di quelli, chi sono Cattolici, & per la conversione di molti altri, chi non ancora sono tali. Il che stimato per una gratia particulare della Sta. Vra. desiderando sommamte. di poterla meritare con li miei humilissimi ossequij, delli quali la Sta. Vra. potra assicurarsi: Con che con dovuta summissione & reverenza alla Santita Vra baggioi li suoi Santi piedi. Di Dusseldorp all 1mo. D' Augusto 1642.

L. S.

Al Papa

BEATISSIME PATER.

CVM relatum mihi fuerit, quosdam Religiosos Patres Sanctitati Vestræ supplicasse exhibitis simul quorundam Consiliariorum & Legatorum Catholicorum Electorum Romani Imperij in favorem eorundem Religiosorum conceptis Intercessionalibus, ut Monasteria ipsorum Ordinibus olim fundata atque ab aliquot annis in Societatem Iesu translata, ijs restituantur. Quas licet sua Sanctitas eodem tempore accepisset; attamen sciet, easdem Legatorum intercessiones haud quaquam vel à Cæsarea Majestate, vel ab Electoribus Moguntino, Coloniensi, & Bavaro eorundem patronis principalibus fuisse approbatas; Et propterea tantò minus existimo necessarium, ut in præsenti materia ego pro Patribus Societatis interveniã, quippe quorum intentio non est, ut in Monasteria ab aliis Religiosis huiusque possessa & occupata aliquid obtendant. Nihilominus ob Monasteria ditioni meæ subjecta, priusquam ea restituantur, necessarium duxi, Sanctitati Vestræ in memoriam revocare, quòd Paulus Papa V. b. m. (sub quo divina lux mihi oborta est, quâ ad S. Ecclesiam Catholicam conversus, indignum ejusdem membrum factus sum) reditus Monasteriorum ditioni meæ subjectorum meæ dispositioni commiserit, ut in meliores usus aut prout divino servitio, ejusque incremento, & suæ Sanctæ Ecclesiæ conveniens & utile judicarem, eosdem applicarem. Cujus benignissimæ Concessionis vigore aliquot ego in territorio meo d. Societati fundavi Monasteria. Et præterea non ita pridem aliquod eminarum. In aliud Monasterium olim pro Religiosis Virginibus Ordinis S. Dominici fundatum, nuperrime ejusdem Ordinis Virgines reduxi. Vlterius ego Ecclesias, Monasteria non ex dictis solum reditibus, sed meis etiam propriis impensis, & quidem non tantum pro Patribus Societatis, sed & pro Patribus Capucinis, nec minus unum Hospitale pro fratribus Charitatis excitavi. Taceo quod ob bellicas calamitates, quibus Germania nostra tot annis agitatur, præfatas Moniales compluribus annis, meo sumptu aluerim, nec minus in Ducatu Neoburgico varios diversorum locorum parochos, qui ob redituum tenuitatem amplius victitare non poterant, sustentarim, quando econtrario d. Societatis Patres gratiâ Dei ejusque beneficentia se in Collegiis à me fundatis huc usque sustinuerunt, ab eoque tempore, quo ibidem vixe-

runt, cooperante gratiâ divinâ ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ plus quam octoginta millia animarum reduxerint, præterquam quod juventutis instructione, alijsque exercitiis juxta suam vocationem maximos progressus in vinea Domini facere pergant, & majores forsitan, quàm ab ijs, in quorum favorem primitus fuerant erecta d. Monasteria, iisque amplius 100. *annis destituebantur, sperari possent.*

Et licet confidam, à Sanctitate Vestra respectu suprad. Religiosorum instantium nihil innovatum seu immutatum iri ex eo, quod ex Concessione Pauli V. divinâ cooperante gratia pro Ecclesiæ Catholicæ incremento tam notabili à me dispositum est; attamen mearum partium esse duxi illud Sanctitati Vestræ in memoriam revocare, ne ab aliis Religiosis sibi ullam innovationem patiatur persuaderi, sed ut in hac alijsque omnibus occasionibus d. Societatem Iesu sibi habeat inprimis commendatam, eamque in omnibus ijs, quæ in meo territorio ex Monasteriis jam dudum destitutis ipsi assignata sunt, protegat ac defendat. Spondeo Sanctitati Vestræ, quod illud ad eorum, qui ad Catholicam accesserunt Ecclesiam, confirmandos, aliorumque, qui necdum sunt Catholici, invitandos animos plurimum sit facturum. Ego verò ipsum tanquam singulare beneficium à Sanctitate Vestra mihi collatum æstimabo, conaborq; humillimis meis obsequiis certò compensare, Sanctitatis Vestræ pedes cum profundissima submissione exosculans. Dusseldorpij 1. *Aug.* 1642.

L. S.

Quod Præsens conceptus, cum quo Originales literæ clausæ ad suam Sanctitatem Romam transmissæ de verbo ad verbum concordant, ad instantiam Reverendorum Patrũ Societatis Iesu, per me infrascriptum de mandato Serenissimi Nostri Ducis Neoburgici, ex ejusdem Cancellaria Secreta Dusseldorpiensi sit extractus, attestor ego hac manus meæ propria subscriptione & Cancellariæ Secretæ Sigilli subimpressione. Dusseldorpij 17. *Octob.* 1642.

I. Binsfeldt Consiliarius & Secretarius Cameræ.

INstrumentum Protestationis Reverendissimi & Illustrissimi Episcopi & Principis Constantiensis contra assertas Commendatitias Deputatorum Legatorum ad suam Sanctitatem destinatas interpositæ sub manu Adm. R. D. Francisci Schenck SS. Theol. D. & Canonici ad S. Stephanum Constantiæ, per Illustrissimum & Reverendissimum Dom. D. Berchtholdum Comitem in Königseck Metropolitanæ & Illustris ad D. Gereonis Ecclesiarum respectivè Decanum & Scholasticum, item sub sigillo ejusdem Illustrissimi Principis Constantiensis recognito per Reverendum Dominũ Henningium Frombling Metropolitanæ Ecclesiæ Colon. Vicarium ac Dominum Henricum Oechhoven I. V. D. & d. Ecclesiæ Metropolitanæ Syndicum.

In

In Nomine Domini, Amen. Præsenti publico Instrumento ubique pateat evidenter, & sit notum; quod Anno reparatæ salutis humanæ millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo, Indictione decima, die septima mensis Iunij, Pontificatus verò Sanctissimi in Christo Patris ac Domini Nostri Domini Vrbani, divinâ providentiâ Papæ Octavi, Anno ejus decimo nono in Civitate Constantiensi Provinciæ Moguntinæ inque Palatio Episcopali ejusque in hypocausto posteriori supremæ contignationis inter horas Nonam & Decimam antemeridianas in mea Notarij testiumque infra nominatorum præsentiâ præsens & Personaliter constitutus Reverendissimus & Illustrissimus Princeps ac Dominus Dominus Ioannes Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Constantiensis Dominus Augiæ Majoris & Oeningæ, per Nobilem & clarissimum Dominum Georgium Köberlin utriusque juris Doctorem, ac modo dicti Domini Episcopi Consiliarium proposuit, & dixit, quod cum non ita pridem suæ Celsitudini innotuisset, Epistolam quandam ad Sanctissimum Dominum Nostrum ex Comitijs Imperialibus Ratisbonæ celebratis scriptam, super qua necessarium duceret mentem suam declarare, ut ejus declarationis tenorem auscultare, & desuper pro officio Notariatus requisitus unum aut plura instrumenta conficere vellem, prout postea Schedam quandam, quam loquens manu tenebat, perlegit, eamque mihi itidem perlegendam tradidit, cujus tenor erat, ut sequitur.

Honorabilis Domine Notarie. Pervenit ad manus nostras non ita pridem exemplum cujusdam Epistolæ, quam Sanctissimo Domino nostro Vrbano octavo die 14. Octobris Anni 1641. Catholici Electores, Principes, cæterique Imperij Status aut eorum Legati ex Comitiis Ratisbonensibus scripsisse asserebantur, qua petentibus ita Religiosis Ordinibus, Cistertiensi, Pramonstratensi, Benedictinorum & Canonicorum Regularium S. Augustini S. Sti. pro revocandis translationibus Monasteriorum quocunque modo factis supplicabatur. Quia verò generalis illa omnium Electorum Principum ac Statuum vel per se vel per suos Ratispona ad Comitia congregatorum denominatio etiam Nos, nostrosque Deputatos, qui illis Comitiis ad finem usque interfuerunt, comprehendit, ejusque consequens est, ut nos etiam illi supplicationi subscripsisse, nostrumque præbuisse consensum videamur. Ideo coram te Domine Notarie, & testibus præsentibus expressè dicimus, protestamur atque asserimus, nihil nobis unquam de illa quatuor Religiosorum Ordinum petitione constitisse, multo minus nos consensisse, aut Mandatarijs nostris consentiendi expressam aut tacitam facultatem dedisse; quin imò, si simile quidpiam in Comitijs motum iri suspicari potuissemus, singulariter cauturos fuisse, ne nobis inconsultis quippiam decernerent.

Cum verò etiam ipsi Mandatarij nostri ad Nos verbo ac Scripto retulerint, nullam toto tempore, quo ipsi Comitijs interfuerunt, interfuerunt autem ad finem usque, unquam hac de re in publicis consessibus mentionem incidisse, multo minus ipsam Ordinum petitionem ad deli-

deliberandum propositam, aut prætensam ad Sanctissimum nomine Principum ac Statuum scriptam Epistolam, ut Comitiorum mos, & nisi rem robore carituram facere intendebant Religiosorum Ordinum Deputati, jus exigebat, in Consilio prælectam, aut ad Statuum notitiam pervenisse, ipsaque porro dies data convincat, eam dissoluto jam tum Comitiorum conventu conscriptam, necessarium duximus ad omnem bonum finem & effectum, nostrum dissensum publico Instrumento testatum facere. Ideoque te Domine Notarie per hanc Schedam requirimus, ut super mentis nostræ atque dissensus attestatione ad rei memoriam publicum instrumentum conficere atque in forma probanti velis expedire.

Et quia ego Franciscus Schenck SS. Theol. D. Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani Constantiæ Canonicus, Sacra Apostolica authoritate publicus, & in officio Vicariatus Venerabilis Episcopalis Curiæ Constant. Notarius Iuratus, omnibus & singulis dum sic, uti præmittitur, fierent & peragerentur, una cum Reverendo & perdocto Domino Vdalrico Hemenberger Reverendissimæ & Illustrissimæ suæ Celsitudinis præmemoratæ Capellano & Nobili & Clarissimo Domino Ioanne Raslero V. I. D. testibus ad præmissa vocatis præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideo præsens Instrumentum in publicam formam redegi, & ab alio mea instructione, fideliter conscriptum propriæ manus Subscriptione & consueti Notariatus signi subimpressione roboravi, in fidem omnium & singulorum vocatus & requisitus.

L. S. N. Franciscus Schenck idem qui supra.

NOS *Ioannes Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Constantiensis, Dominus Augiæ Majoris & Oeningæ, attestamur, Honorabilem nobis in Christo dilectum Franciscum Schenck Sanct. Theol. Doctorem esse verum & Apostolica authoritate publicum Notarium, ejusque scriptis ac instrumentis, in Curia nostra ac passim plenam adhiberi fidem, in cujus Rei testimonium præsentes literas subscripsimus, Sigilloque nostro Episcopali muniri iussimus. Constantiæ 7. Iunii. Anno* 1642.

L. S. Ioannes Episcopus Constantiensis.

Literæ Serenissimi D. Domini *Maximiliani* Principis Electoris *Bavari* ac Comitis Palatini *ad* Reverendissimum & Illustrissimum Domnum *Henricum Episcopum Augustanum* Monachio 19. Martij 1642. sub Sigillo Illustrissimi & Reverendissimi Domni Domni Henrici Episcopi & Principis Augustani recognito per Dominũ Emanuelem à Werbron; Dominum Norbertum Schenz Illustrissimorum Comitum de Fürstenberg præceptorem, & D. Ioannem Iacobum Lenger Magistrum Aulæ Illustrissimi & Reverendissimi Domni Domni Berchtoldi Comitis de Königseck.

Vnser-

Vnser Freundschafft zuvor.

Ehrwürdiger in Gott Vatter/besonder lieber Freund. Wir haben auß E. Fr. den 12. dieses Monats an vns abgegangen Schreiben mit mehrerem Inhalt abgelesen vnd vernommen / was sich wegen einer von den vier Geistlichen Orden zu end deß jüngsteren Regenspurgischen Reichstags / expracticirten præjudicirlichen Intercession an Ihre Päpstliche Heil. vmb Restitution deret jhnen vor diesem angehörigen Klöster/an vns wolmeynent gelangen lassen.

Thuen vns hierauff gegen E. Frt. der beschehenen vertrewlichen communication nachbarlich bedancken / vnd mögen jhro benebens in Antwort nicht verhalten / daß vns vorher schon anderwertig von dieser vermeynter Intercession nachrichtung vnd copie zukommen. Dieweil es aber ein lauteres expracticirtes Wesen /in dem diese Sachen weder in dem Chur. noch Fürsten. Raht gebürlich proponirt, noch in die Vmbfrag gebracht/weniger das auffgesetzte Concept dem modo vnd herkommen gemeß zur revision vmbgeschickt / sondern die Chur Cöllnische vnd vnser principal-Gesandter / eben bey dem Auffbruch von Regenspurg / vnd in dem Steegraiff von dem Chur Maintzischen Directorio, durch einen Cantzelisten vmb die Außfertigung ersucht/sie auch / weil das Concept noch nicht zum Stand geschrieben war / vmb hinderlassung ihrer Insigel zu fertigung einer carta bianca beredet worden / Als können vnd wollen wir vns zu diser vermeynter Intercession, so wol vmb deß all zu grossen darauß entspringenden vnd von E. Fr. vernünfftig angedeuten præjuditz, als auch darumben durchauß nicht verstehen: Weiln selbige durch augenscheinliche practic vnd hinderlist außgewürckt worden / vnd seyn derowegen eben im Werck begriffen/ mit beeder vnserer Herren mit. Churfürsten zu Maintz vnd Cöllen L. L. zu conferiren vnd vns zu vergleichen / durch was für mittel vnd weg diese vngültige vnd expracticirte Intercession bey Ihrer Päpstl. Heil. mit bericht deß herganges zu contradiciren, inmassen wir dann absonderlich schon durch vnseren Residenten zu Rom / derentwegen an gehörigen Orten die Notturfft erinneren vnd vnterbawen lassen. Wollen wir E. Fr. hiemit zu Nachrichtung in Antwort anfügen / vnd seyn jhro angenehmen willen zu bezeugen allzeit wol beygethan. Datum München den 19. Martii 1642.

Maximilian

Daß nach fleissiger collationierung vorbeschribene Copie, dem rechten vntersigeleten/vnterschribenen vnd vnverletzten Original-Schreiben von wort zu wort gleich stimmend befunden/bezeuge ich ends vnderschribener mit dieser meiner eygener Hand vnd hieneben stehenden / gewöhnlichen Notariat Zeichen. S. N.
Signatum Dillingen/den 8. Octobris Anno 1642.

M. Johann Schrall auß Päpst. vnd Kayserlichem Gewalt offenbarer vnd in Curia Romana Immatriculirter Notarius.

Copia literarum à Serma. sua Electorali Celsitudine Bavariæ, &c. ad Illmam. suam Celsitudinem Dn. Henricum Episcopum Augustanum, &c. expeditarum, 19. Martii 1642.

NOstrâ amicitiâ praviâ, Venerabilis in Christo Pater, singularis Dilecte amice: Nos ex Vestræ amicitia literis 12. hujus mensis ad nos datis & perlectis cognovimus, quam bono animo ipsa de Intercessionalibus à quatuor Religiosis Ordinibus sub finem novissimorum Ratisponensium Comitiorum sub- & obreptitie impetratis, iisq; prajudicialibus ad suam Sanctitatem pro restitutione antehac ad illos pertinentium Monasteriorum, perscribat. Pro qua fida communicatione Vestra amicitia gratias agimus, illiq; respondentes nolumus celatum, quod nobis jam ante aliunde ejusmodi pratensa Intercessionales innotuerint, earumq; exemplum nobiscum fuerit communicatum. Quoniam verò ea tota sub- & obreptitiè sunt obtenta, propterea quod ea res neq; in Electorum neq; Principum Consilio, prout decebat, proposita nec ad Consultationẽ deducta, minus ipsarũ conceptus pro more & consuetudine receptâ ad revisionem missus fuerit, sed Electoris Coloniensis & noster Principalis Deputati Legati in ipso procinctu discessus sui Ratisponâ, ac consensu per aliquem ex Electoris Moguntini directorio Cancellistã pro simultanea expeditione requisiti & quia conceptus nec dum purè descriptus erat, ad tradenda sua Sigilla pro expeditione charta blanca inducti fuerint.

Idcirco in hasce pratensas Intercessionales tum propter nimis magnum inde emergens & à Vestra Amicitia rationabiliter allegatũ prajudicium, tum etiam quod illa per apertam sub- & obreptionem sint impetrata, nec possumus, nec volumus consentire, ac propterea cum duobus nostris Dominis Co Electoribus Moguntino & Coloniensi, Dilectiõibus suis re ipsa conferimus ac tractamus, qua ratione ac viâ his nulliter seu inaniter obtentis Intercessionalibus apud suam Sanctitatem per veram rei gesta Informationem unanimiter contradicatur, prout nos jam ex parte nostra per nostrum Residentem Romanum locis debitis necessaria proponi atq; inculcari curavimus, quod voluimus nos hisce Vestra Amicitia pro Informatione respondentes significare & sumus ipsius oblata bona voluntati semper bene addicti. Data Monachii, 19. Martii Anno 1642.

Maximilianus.

Quod post diligentem collationem præmissa Copia vero, sigillato, subscripto & illæso Originali de verbo ad verbum concordans reperta sit, attestor ego infrascriptus hâc meâ propriâ manu & apposito consueto Notariatus signo. Signatum Dilingæ 8. Octobr. Anno 1642.

L. S. N. *M. Joannes Schral Apostolicâ & Cæsareâ authoritatibus publicus atq; in Curia Romana Immatriculatus Notarius.*

NOs Caspar Zailer SS. Theol. Doctor Reverendissimi & Illustrissimi Principis ac Domini Domini Henrici Episcopi Augustani, in spiritualibus Vicarius Genera-

Generalis, universis ac singulis notum facimus & attestamur, supradictum M. Joannem Sibrall esse publicum, legalem & authenticum Notarium, simulque Orthodoxæ fidei; ac scripturis ejus tam publicis quam privatis, in judicio & extra semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi fidem plenam. In cuius rei fidem his literis Sigillum supradicti Reverendissimi & Illustrissimi Domini Domini Henrici Episcopi Augustani, quo nostro utimur in officio, appressimus. Data Augustæ Vindelicorum. Anno Domini millesimo sexcentesimo, quadragesimo secundo, die decima quinta Mensis Octobris.

Caspar Zaillerus.

L. S.

Literæ Reverendissimi & Illustrissimi Dni *Marquardi Episcopi Aichstadiensis ad* Rmum. & Illmum. Dnm Henricum *Episcopum Augustanum* 11. Febr. Anno 1642.

Unser freundlicher Dienst zuvor/hochwürdiger Fürst/besonders lieber Herr/Freund vnd Herr Vatter. Auß E. Fr. woleingelifferte Schreiben von dem 1. dieses haben wir vernommen/was dieselbe wegen einer Supplication, so in Namen der zu Regenspurg beysamen gewesenen Catholischen Churfürsten vnd Ständen an die Päpstl. Heil auff anhalten der vier Orden/der Benedictiner, Cistertienser, Præmonstratenser & Canonicorum Regularium abgangen seyn solle/für nachrichtung begehren. Nun wissen wir vns zwar zu berichten/daß vnser Prior zu Rebdorff im verwichenen Monat Junio deß nächst abgeloffenē Jahrs durch vnsern in spiritualibus Vicarium vns anzeigen lassen/was gestalt er von seinem General der Windesheimischen Congregation die Restitution vnderschiedlichen der Grafschafft Schomburg vnd Westphalen/annoch in der uncatholischen Innhaber Gewalt begriffener/theils auch in der vnderen Pfalz gelegene Klöster/bey der damals noch wärenden Reichsversammlung zuerhandelen Commission empfangen. Wann er dann dabey der hiebevor bereit recuperirten vnd ordentlicher weiß anderwerts transferirten Klöster keine anregung gethan/so viel auch in specie die Klöster in der vnderen Pfalz belanget/wir vns keine andere Gedancken gemacht/als daß etwann derselbigen nutznieſſung der Kron Spanien ohne beständige Translation auff gewisse Jahr vergünnet/die Zeit aber immittels verflossen seyn möchte/Als haben wir nicht befunden/daß wir jhm Prioren/zumahlen er ohne das besagten seinem Generalen mit gewisser maße in spiritualibus vnderworffen/die Vbernemmung berührter Commission verwehren könnten. Was aber die an Seiten anfangs benannter Orden so wol an die Römische Kayserliche Majestät/als an die Catholische Stände gestellte Memorialia betrifft/werden Ew. Fr. auß den

Reichs-

Reichs-Actis wargenommen haben / daß dieselbe erst den fünfften deß verschienenen Monats Octobris/also allein fünff Tage vor offentlicher Vorlesung deß Reichs Abscheids / vnd endlichen Beschluß deß Reichstags zur Dictatur kommen: Dieweil dann solches anbringen vnsers wissens in die geringste consideration nicht gezogen / vielweniger derenthalben einige deliberation veranlasset worden / zu deme weder der Prælat von Weingarten / welcher vns doch zu besagtem Regenspurg zu verschiedenen mahlen besucht / noch jemand anders von der Orden wegen an vns nichts gesunnen / haben wir dargegen etwas dazumahl vorzunemmen nicht wol Vrsach oder Gelegenheit gehabt / inmassen es die enge der Zeit/in deme man sich schon allerseits zu dem Auffbruch gerichtet/nicht mehr zugelassen hette.

Nachdemmahl aber ermelter Prior von Rebdorff neben anderen in obverstandenen Memorialen vnderschrieben / haben wir jhme hierüber vnd wie eines vñ anders eygentlich sich verloffen/ zu red stellen lassen/welcher vorderst bezeugt/ daß jhne die Sach ein Zeit hero nicht wenig angefochten/ in dem Werck selbsten aber folgenden Bericht erstattet/daß erstlich seine von dem General empfangene Commission ferners nicht/als auff die noch nicht recuperirte Klöster/gestalten er vns anfangs angezeiget / sich erstrecke / wie er dann auch seinem nach Regenspurg abgeordneten Schaffner ein mehres nicht auffgetragen/indeme aber jetzt gedachter Schaffner vmb willen sich sein negotium verweilet / widerumb eine Rayß zuruck allhero nach Rebdorff gethan/hatte der Abt von Euserthal Cistertienser Ordens mit Namen Petrus Wilhelmus sonsten Monasterii Lucellensis im Elsas professus, der jhme vor Jahren in studiis zu Jngolstatt bekannt gewesen/von Patre Gretsero zum Doctoren creirt, vnd für einen vnruhigen Kopff gehalten worden/das memoriale an die Kayserl. Mayt. verfast/vnd auff seinen Antrieb der Churfürstl. Cöllnisch/vnd zugleich der Canonicorum Regularium Agens Doctor K. solches in seinem deß Prioren von Rebdorff Namen ohne einig sein/oder dessen Deputirten vorwissen vnterschrieben. Als nun folgends jetzt bestimmter sein Deputirter widerumb zu Regenspurg angelangt / vnd immittels der Abt zu Euserthal die ander Supplication an die Catholische Churfürsten vnd Stände auffgesetzt/ hette der Schaffner sich durch mehr benannten Prælaten zu Euserthal selbige zu vnderschreiben bereden lassen / so gleichwoln er Prior zu Rebdorff nicht gutheissen wölle oder könne / wie er dann diese ohne sein Wissen vnd Willen beschehene Subscription zu anden vnd zu widersprechen vorhabens gewesen/vnd hierzu allein die occasion, da jhme etwan von den interessenten wegen der auffgewendten Vnkosten zugeschrieben wurde/erwartet/ so wäre er vor gewiß berichtet / daß auch der Prælat von Weingarten an solche Subscription vngern kommen / vnd allein vorbedeuter Abt von Euserthal die Sach so starck getrieben. Anreichend die Päpstl Heil. dem verlauten nach gerichte Intercessionales, wollen weder der Prior noch der neben jhme vmbständliche examinirte Schaffner hiervon etwas anders wissen / ausser daß offters besagter

sagter Prælat zu Enserthal jhme dem Schaffner einsmal angedeutet / es wäre jhm von wegen der Ständen der Bescheid gegeben worden / daß er dergleichen Vorschrifft selbsten begreiffen solte / massen er jhme das Concept zu lesen communicirt; Ob aber vnd was massen selbiges außgefertiget worden / seye jhme fernners gantz nichts bewust.

Sintemalen dann auß erzehlten vmbständen / gnugsam erscheint / daß es mit bestimbten Intercessionalibus, so ferrn sie wider versehen / hinderrucks Vnser vnd anderer Catholischen Ständen außgefertiget worden seyn solten / durch den rechten vnd ordenlichen Weg nicht gegangen seyn müssen / das Werck auch an sich selbsten / bevorab bey den Protestirenden zu mercklicher ärgernus gericht / vñ nicht allein die authoritet vnd Gewalt deß Päpstl. Stuls / sondern auch die Röm. Kayserl. Mayt. vnd dero Hauß Oesterreich / so dann alle andere Catholische Geist. vnd weltliche Chur vnd Fürsten deß Reichs in ansehung so vieler mit deß Apostolischen Stuls vnd der Ordinariorum consens beschehenen rechtmässigen / vnd keines weges den teutschen Concordatis zuwiderlauffenden translationen, so gar auch deren nit extinguirter vnd abgangener Klöster / vnd damit zu auffnemmen der Catholischen Kirchen vorgenomenē nützlichen fundationen vnd applicationen ins gesampt berührt / als dann auch in vnseren anvertrawten Bisthumb / sonderlich in den beeden Pfaltzen mit Vnserer vñ vnsers Herrn Vorfahren Christseligen andenckens einwilligung vnd zuthun dergleichen vorgangen / Dannenhero haben E. Fr. wir nicht allein / was vns von vielerwehnten vnsern Prioren von Rebdorff vnd dessen Schaffner vorgebracht worden / außführlich überschrieben / sondern zumahl vns erbieten wollen / im fall wir hierinnen zu erhaltung deß gegen den Päpstl. Stul vnd den gesampten Ordinariis schuldigen respects etwas weiters cooperiren könnten / daß es an vnserem Ort nicht erwideren solle. Wollen zwar vnsers theils nicht davor halten / daß erwehnte Vorschreibens an die Päpstl. Heil. würcklich abgangen. Verbleiben E. Fr. benebens zu freundl. Diensten / wie allzeit / bereit vnd geflissen. Dat. in vnserm Schloß vff Wilibaldberg zu Eychstatt / den 11. Febr. Anno 1642.

Von Gottes Gnaden Marquard Bischoff zu Eychstatt
E. Fr. Dienstw. vnd gehors. als Sohn Marquard. B. Z. E.

P. S. E. Fr. versicheren sich / diese vnziemliche der Orden Vermessenheit nicht wenige bestürtzet / dadurch sie kein andere Anlaß geben / als desto wachtsamer aug auff jhre machinationes zu stellen.

Concordat cum Originali.

Das bezeuge ich Johann Schrall Augspurger Bisthumbs auß Päpstl. vnd

Kayserl. authoritet publicus & Immatriculatus Notarius mit dieser meiner eygener Hand/Tauff. vnd Zunamens subscription, auch hieneben stehenden meinem gewöhnlichen Notariat-Zeichen. Signatum Dillingen / den 22. Martij/ Anno 1642.

S. N. L. S. Johann Schrall Notarius qui supra subscripsit.

PRæviis nostris amicis obsequiis, Reverendissime Princeps, singularis dilecte Dne, Amice & Dne Pater: Ex Dilectionis V. literis primo hujus datis & recte traditis intelleximus, qualé ipsa ratione supplicationis alicujus, nomine Congregatorum Ratisbonæ Catholicorum Electorum Principum & Statuum ad suam Sanctitatem instantibus quatuor Ordinibus, Benedictino, Cistertiensi, Præmonstratensi & Canonicorum Regularium expeditæ informationem desideret. Nos quidem meminimus, quòd noster Prior in Rebdorff præterito mense Junio proximè elapsi anni per nostrum in spiritualibus Vicarium nobis indicari curaverit, se à suo Generali Windesheimensis Congregationis partim pro diversorum in Comitatu Schawenburgico & districtu Westphalico ab Acatholicis detētorum, partim etiam in inferiore Palatinatu sitorum Monasteriorum recuperatione apud Congregatos in Comitiis Imperialibus agendi Commissionem accepisse. Cùm verò ipse antehac recuperatorum & ordinariâ viâ aliò translatorum Monasteriorum nullam mentionem simul injecerit, neque etiam speciatim Monasteria in inferiore Palatinatu sita attigerit; hinc nihil aliud id temporis aut cogitavimus, aut arbitrati fuimus, quàm quòd eorum fortasse usus fructus Coronæ Hispanicæ, non tamen stabili translatione ad certos annos fuisset permissus, quo tempore fortè elapso non invenimus, quâ ratione ipsum Priorem, cùm absque eo ipse suo Generali certo modo in spiritualibus subjectus esset, expeditionem suæ acceptæ Commissionis impedire possemus.

Quod autem initiò nominatorum Ordinum tam ad sacram Cæsaream Majestatem, quàm ad Catholicos Status data & directa memorialia attinet, Vestra Dilectio ex Imperii actis animadverterit, quòd illa primùm quinto præteriti mensis Octobris, itaque quinque duntaxat diebus ante publicam Imperialis Recessus recitationem & ultimam Comitiorum conclusionem ad Dictaturam exhibita fuerint. Quoniam verò ejusmodi exhibita propositio, nostro scitu vel memoriâ in minimam considerationem non venit, nedum in deliberationem adducta fuit, adhæc neque Prælatus á Weingarten, qui tamen Nos in dicta urbe Ratisbona diversis vicibus invisit, neque ullus alius nomine illorum Ordinum apud Nos unquam sollicitavit, ideo contra eam aliquid movere, id temporis nec ansa, nec occasio fuit oblata, neque angustiæ temporis, quo quisque ad discessum se parabat, amplius quid permiserunt.

Postquã verò memoratus Prior à Rebdorff una cum aliis suprad. memorialia

tiale subscripsit, nos illum hac super re, & quomodo unum aut alterum verè acciderit, interrogari curavimus, qui testatus est, se ea de re aliquamdiu non parùm sollicitum fuisse, & de facto ipso sequentem dedit informationem. Quòd primùm sua à Generali accepta commissio non nisi ad Monasteria necdum recuperata sese porrigit, quemadmodum initio nobis indicaverat, illudque nec plus suo Ratisbonensi mandatario seu procuratori, commiserit. Dum verò memoratus procurator, eò quòd negotium ipsius protraheretur, in Rebdorff nonnihil rediisset; Abbas ab Euserthal Ordinis Cistertiensis, nomine Petrus Wilhelmus, aliàs Monasterii Lucellensis in Alsatia Professus, ipsi olim in studiis Ingolstadii notus, à Patre Gretsero Doctor creatus, ast pro inquieto habitus, memoriale ad S. Cæsaream Majestatem conceperit, ipsiusque impulsu Electoris Coloniensis, ac simul Canonicorum Regularium Agens Doctor K. illud sui Prioris à Rebdorff nomine, absque ullo suo & suorum substitutorum deputatorum præscitu subscripserit. Cùm autem postea nominatus suus substitutus deputatus Ratisbonam reversus fuisset, atque intereà Abbas in Eusersthal alteram supplicationem ad Catholicos Electores, Principes & Status formasset, tandem præfatus procurator à sæpius nominato Prælato in Eusersthal inductus fuerit, ut eandẽ subscriberet; quod tamen ipse Prior in Rebdorff approbare nec voluerit nec potuerit, sicut etiam ipse hanc absque suo scitu & voluntate factam subscriptionem memorare, illique contradicere proposuerit, ac solum occasionem, quâ ipsi ab iis, quorum interérat, forte de factis impensis scriberetur interpellareturque, captaverit. Idem quoque referebat, se certò accepisse, quòd similiter Prælatus à Weingarten invitus ad illud memoriale subscribendum à præfato Abbate ab Eusersthal inductus fuerit. Quod ad intercessionales ad suam Sanctitatem directas, attinet, de iis nec Prior nec ipsius procurator quoad circumstantias examinati quicquã aliud scire volunt, quàm quòd sæpè dictus Prælat⁹ in Eusersthal ipsi procuratori quadam vice indicarit, sibi nomine Statuum hoc responsum datum esse, ut ipse ejusmodi Intercessionales conciperet, quem etiam conceptum illi legendum communicasset: An autem & quâ ratione ipsæ expeditæ sint, planè sibi esse incognitum;

Quando quidem verò ex hisce memorialis circum stantiis apparet, quòd prædictæ intercessionales, quatenus illæ præter opiniõem, clam Nobis & aliis Catholicis Statibus expeditæ fuerunt, non ordinaria viâ & modo, sed sub- & obreptitiè fuerint obtentæ, factum etiam ipsum præsertim apud Protestantes in notabile scandalum vergat, nec tantum authoritas & potestas Apostolicæ Sedis, sed etiam Cæsareæ M^tis^ ejusq; domus Austriacæ, tum etiam aliorum Catholicorum Ecclesiasticorum & sæcularium Electorum, Principum Imperii in tot cum Apostolicæ Sedis & Ordinariorum consensu legitimè factis nulloque modo Germaniæ Concordatis contrariantibus translationibus Monasteriorum etiam non extinctorum aut desolatorum, indeque pro incremento Ecclesiæ Catholicæ susceptarum utilium

fundationum & applicationum utilitas agatur, tum etiam in Nobis commissi Episcopatus districtu, præsertim in utroque Palatinatu, interveniente Nostro nostrique Dni Prædecessoris Christianæ memoriæ consensu & auxilio, similes translationes factæ fuerint; Hinc Væ. Amicitiæ non tantum ea, quæ Nobis à sæpè dicto nostro Priore à Rebdorff, ejusq; procuratore relata fuere, copiosi⁹ perscribere, sed etiam simul nos offerre voluimus, casu, quo pro debito respectu erga Apostolicam sedem & omnes Ordinarios conservando aliquid ulterius cooperari possimus, nihil à nobis desiderari simus passuri;. Id nobis persuadere non volumus, quòd prædictæ Intercessionales literæ ad suam Sanctitatem fuerint transmissæ vel eidem traditæ. Manemus Væ. Amicitiæ ad officiosa obsequia, uti semper, parati & studiosi. Datum in arce nostra S. Wilibaldi Eichstadii, 11. Febr. Anno 1642.

Post scriptum: Certa sit Væ. Amicitia, hâc indecenti Ordinum præsumptione non paucos esse perturbatos, quâ aliam causam non dederunt, quàm ut vigilantiori oculo ad ipsorum machinationes attendatur.

Dei gratiâ Marquardus Episcopus Eichstadensis Væ. Amicitiæ ad obsequia paratus & obediens quasi filius Marquardus. E. Eic.

Concordat cum Originali.

Quod attestor ego Joannes Schrall diœcesis Augustanæ Apostolicâ & Cæsareâ authoritatibus publicus & Immatriculatus Notarius, hac meâ propriâ manu, nominis & Cognominis subscriptione, apposito meo consueto Notariatus signo. Signatum Dilingæ 22. Martii, Anno 1642.

S. N. L. P. *Ioannes Schrall Notarius qui supra subscripsit.*

NOs Caspar Zeiller SS. Theol. Doctor Reverendissimi & Ill*mi*. Principis ac Dni Dni Henrici Episcopi Augustani, in spiritualibus Vicarius generalis, universis ac singulis notum facimus & attestamur, supradictum M. Joannem Schrall esse publicum, Legalem & authenticum Notarium, simulque Orthodoxæ fidei, ac scripturis ejus, tam publicis quàm privatis, in judicio & extra semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi fidem plenam. In cujus rei fidem his literis sigillum supradicti R*mi*. & Ill*mi*. Dni nostri Episcopi Augustani, quo nostro utimur in officio, appressimus. Datæ Augustæ Vindelicorum, Anno Domini 1642. die 22. mensis Martii.

L. S. Caspar Zeillerus.

Literæ

Literæ Reverendissimi Domni Ioannis Jacobi Præpositi, & Domni in Ellwangen ad Reverendissimum & Illustrissimum Domnum Henricum Episcopum Augustanum 20. Februar. 1642. datæ sub Sigillo Illustrissimi Principis Augustani recognitæ.

Hochwürdiger Fürst. Unser freündlich willige Dienst / vnd was wir Liebs Vermögen zuvor. Gn. Herr Ew. Erw L. Schreiben auß Dillingen vom 8 Februar. nechsthin ist vns dieser Tagen woll eingelieffert worden / worauß wir zwar mit verwunderen vernommen / als solten die vier alte Orden / wie dieselbe sich pflegẽ zunennẽ / als Benedictinern / Cistertiensern, Præmonstratensern, vnd Canonicorum Regularium zwo Schrifften die General Restitution aller Klöster betreffend / welche von denselben auff andere Geistliche vnd Religiosos auch autoritate Apostolica transferirt, oder ad alios pios usus verwendet worden / bey Jüngst abschlossenen Reichstag zu Regenspurg alle in die Reichs Dictatur nicht allein eingeben / sondern zugleich an die Bäpstliche Heiligkeit in Nahmen der Chur-Fürsten vnd Ständen vmb dessent willen ein Lateinische Supplication darvon Ew. Er. L. Copias behanden haben / abgangen sein solln.

Vnd dieweilen Ew. Er. L vns / wie es Friedlichen mit erstangezogener Supplication hergangen / eigentlich wissen möchten / vnd dahero vns vmb nachrichtliche Communication, vnd ob auch vnsere Deputirte hirin consentirt haben / auß Altem wolherbrachten Freund. Nachbarlichen Vertrawen zuersuchen / deroselben gefallen lassen; Als mögen Ew. Er. L wir auch solcher Gestalt Freund. Dienstlich nicht bergen / daß wir weder von obangedeuten zwo Schrifften / noch berührter Supplication, ausser was deroselben jetziges Ersuchschreiben vns zuerkennen geben / bey geringsten kein Wissenschafft haben / auch vns von vnseren abgeordneten dessentwegen gar kein Nachrichtung eingelanget / vnnd wir gleichwol der Reichs Acten, vnnd bedeuter vnserer abgesandten Relation hierüber von Eychstett auß / täglich gewertig. Solten wir nun in der Sachen nachrichtliche Erfahrenheit kommen / solte E. Er. L. so wol in einem als anderen vneinstellige communication hierüber beschehen / vnd kunten vns gleicher Gestalt nicht einbilden / daß die Bäpstliche Heiligkeit das jenig was deroselben Antecessoren am Babstumb ante sæcula, auctoritate Apostolica verordnet / vnd gut geheissen haben / anjetzo vor vnbillich halten / revociren werden. Woltens Ewr. E. L. Dero Wir zur bestendiger Dienstsgefälligkeit vnnd Continuirung Freundl. Wolhergebrachter Nachbarlicher Correspondentz beharlichen affectionirt verbleiben; Wiederantwortlichen Dienstfreundlich nit verhalten. Ellwangen den 20. Febr. Anno 1642.

Johan Jacob Probst vnd Herr zu Ellwangen.

3. Das

Aß nach fleissiger Collationirung vorbeschriebene Copey / dem rechten underfiegelten/underschriebenen/und unverletzten Original von Wort zu Wort gleichstimmend befunden / bezeuge ich Endts Underschriebener mit dieser meiner eigener Hand vnnd hieneben stehenden gewönlichen Notariat Zeigen. Signatum Dillingen. den 8. Octobris An. 1642.

L.S.N.

M. Johann Schrall auß Bäpstl vnd Käyserlichen Gewalt offenbahrer vnd in Curia Romana Immatriculirter Notarius.

Reverendissime Princeps. Prævijs nostris amicis obsequijs & amoribus Gratiose Domine.

Vestræ Venerabilis Dilectionis Literæ Dilingâ 8. Februar. proximè elapso datæ, hisce diebus Nobis rectè sunt traditæ:

EX quibus quidem admirabundi accepimus, quasi antiqui quatuor Ordines, prout sese nuncupare solent, nempe Benedictinus, Cistertiensis, Præmonstratensis & Canonici Regulares duo scripta generalem restitutionem omnium Monasteriorum concernentia, quæ ab ipsis ad alios Ecclesiasticos & Religiosos etiam Authoritate Apostolicâ sunt translata & ad alios pios usus applicata, in nuperrimis Comitijs Ratisbonæ ad Imperij Dictaturam non solùm exhibuissent, sed etiam simul ad suam Sanctitatem nomine Electorum ac Statuum ea propter Latina quædam supplicatio, cujus Vestra Dilectio Copiam ad manum habet, fuisset expedita.

Et quoniam Vestra Dilectio ex nobis, qualiter nominata supplicatio fuerit obtenta, accuratè scire desiderat, & propterea apud nos pro informationis communicatione, & utrum nostri quoq; deputati in eandem consenserint, ex veteri amicitiæ consuetudine vicinaque confidentia instare placet; idcirco Vestræ Dilectioni nos similiter amicè & officiosè nō voluimus celare, quòd nobis de supradictis duob. scriptis, ac memoratâ Latina supplicatione nihil nisi quod ex Vestræ Dilectionis requisitorialibus literis cognovimus, ullatenus constiterit, neque à nostro Deputato ea de re informatio fuerit communicata. Nos Imperij acta & prænominatorum nostrorum Deputatorum relationem desuper Aichstadio quotidie expectamus. Ubi ejusce rei Informationem acceperimus, cum Vestra Dilectione indubitatò communicabimus. Non possumus similiter nobis persuadere, quòd sua Sanctitas à Prædecessoribus suis Pontificibus priorum sæculorum authoritate Apostolicâ ordinata atque approbata, nunc tanquam injusta sit reprobatura. Quod Vestræ Dilectioni (cui nos constanti obsequiorum gratorum delatione & continuatione amicitiæ & vicinitatis hactenus observatæ jugiter affecti & addicti

addicti permanemus) pro responsione amica noluimus celare. Elwangæ 20. Februar. Anno 1642.

Ioannes Iacobus Præpositus & Dominus Elvvacensis.

QUod post diligentem collationem præmissa copia vero sigillato, subscripto & illæso Originali de verbo ad verbum Concordans reperta sit, attestor ego infrascriptus hac meâ propriâ manu & juxta apposito consueto Notariatus signo. Signatum Dilingæ 8. Octobr. An. 1642.

L.S.N.

M. Ioannes Schrall Apostolicâ & Cæsareâ Authoritatibus, publicus & in Curia Romana Immatriculatus Notarius.

NOs Casparus Zeiller Ss. Theol. Doctor Reverendissimi & Illustrissimi Principis ac Domni Domni Henrici Episcopi Augustani, in spiritualibus Vicarius Generali, universis ac singulis notum facimus & attestamur supradictum M. Ioannem Schrall esse publicum, Legalem, & authenticum Notarium, simulque Orthodoxæ fidei ac scripturis ejus, tam publicis quàm privatis, in judicio & extra semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi plenam fidem. In cujus rei fidem his literis sigillum supradicti Reverendissimi & Illustrissimi Domini nostri Episcopi Augustani, quo nostro utimur in officio, appressimus. Datæ Augustæ Vindelicorum Anno Domini millesimo, sexcentesimo, quadragesimo secundo, die decima quinta Mensis Octobris.

Casparus Zeillerus. L. S.

Literæ ad Illustrissimum Principem Augustanum à Præsidente & Consiliarijs Illustrissimi Principis Constantiensis 13. Martij 1642. expeditæ, & sub Sigillo Illustrissimi Principis Augustani recognitæ.

HOchwürdigster Fürst. Was Ew. Fürstl. Gnaden vnderem 8. Februar. nechsthin an den auch Hochwürdigen vnseren Gnädigen Fürsten vnd Herren deß Herrn Bischoffen zu Constantz Fürstl. Gn. Wegen dessen/ was bey End deß nechsten Regenspurgischen Reichstag in puncto translationis Monasteriorum auß Antrieb der vier alten Orden vnd in deren Favor vorgangen vnd verhandlet sein solt / vertrewlich gelangen lassen / haben in S. Fürstlichen Gnaden annoch wehrender Abwesenheit wir empfangen/auß haben-
dem

dem Befelch erbrochen/vnd Inhalts vernommen. Nun haben Hochgedachte Ihre Fürstl. Gn. deren abgeordneten erheblich eingefallener Vrsachen/vnnd eben jhrer nacher Italien vorgehabter Reiß willen von Regenspurg zu End deß Monats Augusti/abgefordert / vnd dem deß Bistumbs Straßburg anwesenden Gewalthabern substituiret; Wie aber von demselben dieser Sachen halben der geringste Bericht niemahlen einkommen / Als haben weder Ihre Fürstl. Gnad. noch auch wir davon einige Wissenschafft gehabt / biß vns eine Abschrifft der jenigen Supplication (die in Nahmen der Catholischen Chur-Fürsten vnd Ständen an die Bäpstl. Heyligkeit vergriffen sein solte / vnd Ew. Fr. Gn. in dero Schreiben gleichsfals anzeigen) vnlängst anderwerts hero communiciret, vnd folgendes auch angeregtes E. Fr. Gn. Schreiben gelieffert worden/ vielweniger aber haben ihre Fr. Gn. zu dergleichen supplicirten Befelch vnnd Consens ertheilt / oder auch nochmal dasselbe genähm halten. Wir vnterlassen gleichwol nicht / ehegemelten Straßburgischen Gesanten / als dieser Stifft damals Substituirten hirunder die Notturfft zuverschreiben / seinen Bericht/vnd was jhme von dem Wesen bewust/einzuholten/auch Ew. Fürstl. Gn hirnechst gehorsamblich zu Communiciren/die wir zugleich vnderthänig ersuchen/ ob Ihro/was derentwegen ferner in Erfahrung gebracht haben / oder noch darein bringen möchten / hiehero ebenfals Communiciren zulassen Gn. belieben wolte. Ew. Fürstl. Gnad. darbey der Göttlicher Bewahrung zu selbst erwünscheten Fürstlichen Wolstand / vnnd Ihro vns zu Gnaden befehlend. Constant den 13. Martij. 1642.

Ew. Fürstl. Gnaden.
Vnderthenigste Fürstliche Bottschafft Constanzische hinderlassene Presidene vnd Räthe.

Aß nach fleissiger Collationirung vorgeschriebene Copei, dem Rechten vndersiegelten / vnderschriebenen vnd vnverletzten Original von Wort zu wort gleichstimmend befunden / bezeuge ich ends Vnderschriebener mit dieser meiner eigener Hand vnd hieneben stehenden gewöhnlichen Notariat. Zeichen. Signatum Dillingen den 8. Octobris Anno 1642.

L. S. N.

M. Johann Schrall auß Bäpstl. vnd Keyserlichen Gewalt offenbahrer vnd in Curia Romana Immatriculirter Notarius.

REVE-

REVERENDISSIME
PRINCEPS.

QUòd Veſtra Illuſtriſſima Celſitudo 8. Februar. proximè elapſo ad Illuſtriſſimam Noſtri Clementiſſimi Principis ac Domini, Dn. Epiſcopi Conſtantienſis Celſitudinem de geſtis & actis ſub finem noviſſimorum Comitiorum Ratiſponenſium in puncto translationis Monaſteriorum urgentibus quatuor antiquioribus Ordinibus in eorundem favorem & gratiam, confidenter perſcripſit, abſente Illuſtriſſimo Principe noſtro accepimus, vigore accepti mandati aperuimus, ejuſque tenorem intelleximus.

Verum altè memorata ſua Illuſtriſſima Celſitudo ſuos deputatos gravibus de cauſis & quidem propter ſuſceptum in Italiam iter Ratiſponâ ſub finem menſis Auguſti jam avocavit, ijsq; Epiſcopatus Argentinenſis Deputatum ibidem præſentem mandatarium ſubſtituit, à quo de illis ne minima quidem informatio perſcripta eſt, ut proinde neque ſuæ Illuſtriſſimæ Celſitudini, neque Nobis de ijſdem quicquam innotuerit, præterquam quod nobis aliunde exemplum aſſertæ ſupplicationis nomine Catholicorum Electorum & Statuum ad ſuam Sanctitatem conceptæ, cujus Illuſtriſſima Veſtra Celſitudo in ſuis literis ſimiliter meminit, non ita pridem fuerit communicatum & poſtmodum etiam ex præfatis Veſtræ Illuſtriſſimæ Celſitudinis literis conſtiterit, quod multò minùs ex ſuæ Illuſtriſſimæ Celſitudinis mandato & conſenſu ea ſupplicatio profecta fuerit, quam poſtea intellectam minimè ſibi gratam oſtendit.

Interim non prætermittimus præfatum Argentinenſem legatum, hujus Diœceſis id temporis ſubſtitutum urgere, ut Informationem omnem & quicquid ipſi de toto negocio innotuit, huc perſcribat, quam acceptam cum Illuſtriſſima Veſtra Celſitudine quamprimum obedientes communicabimus. Viciſſim Illuſtriſſimam Celſitudinem V. humillime rogamus, ut ſi ipſi ea de re ulterius aliquid innotuerit, aut etiam innoteſcat, illud ſimiliter nobiſcum communicare clementer placeat. Veſtram Illuſtriſſimam Celſitudinem divinæ protectioni ad optatam Veſtræ Illuſtriſſimæ Celſitudinis incolumitatem illiuſque nos gratiæ commendamus. Conſtantiæ 13. Martij Anno 1642.

Veſtræ Illuſtriſſimæ Celſitudinis
ſubmiſſi
Illuſtriſſimæ Celſitudinis Epiſcopi Conſtantienſis
relicti Præſes & Conſiliarij.

QUòd post diligentem Collationem præmissa copia vero, sigillato, subscripto & illæso Originali de verbo ad verbum Concordans reperta sit, attestor ego infra scriptus hac mea propria manu & apposito consueto Notariatus signo. Signatum Dilingæ 8. Octob. An. 1642.

L.S.N.

M. Ioannes Schral Apostolicâ & Cæsareâ authoritatibus publicus & in Curia Romana immatriculatus Notarius.

NOs Caspar Zeiller, SS. Theol. Doctor, Reverendissimi & Illustrissimi Principis ac Domini Domini Henrici Episcopi Augustani, in Spiritualibus Vicarius Generalis, universis ac singulis notum facimus & attestamur, supradictum M. Ioannem Schrall esse publicum, Legalem, & authenticum Notarium, simulque Orthodoxæ fidei ac scripturis ejus, tam publicis quàm privatis, in judicio & extra semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi plenam fidem. In cujus rei fidem his literis sigillum supradicti Reverēdissimi & Illustrissimi Dni Dni nostri Episcopi Augustani, quo nostro utimur in officio, appressimus, Datæ Augustæ Vindelicorum An. Domini 1642. 15. Octobris.

Caspar Zeillerus. L. S.

Literæ Præsidentis & Consiliariorum Illustrissimi Principis Constantiensis ad Illustrissimum Dominum Henricum Episcopum Augustanum 26. April. 1642. datæ & sub Sigillo Illustrissimi Principis Augustani recognitæ.

HOchwürdiger Fürst. Ew. Fürstl. Gn. Sein vnser vnderthänige Dienst zuvor. Gnädiger Fürst vnd Herr. Vnserem Jüngst vertrösten Zufolg haben wir nicht vnderlassen, von der Stifft Straßburg zu nechsten Reichstag gewesenem Abgesandten Johann von Giffen (so damahlen als der Hochwürdig vnser Gnädiger Fürst vnd Herr jhre Fürstl. Gnad. vorgehabten abreisens willen dero eigenen Abgesandten / noch vor dem End deß Reichstags naher Hauß erfordert / auch das Constantzische votum geführt) vber das jenige Schreiben / so in Nahmen aller Catholischen Chur fürsten vnnd Ständen an die Bäpstl. Heyl. für die genante vier alte Orden abgangen sein solle / Bericht einzuholen. Weiln vns nun vnlengsten derselbe zukommen / so haben Ew Fürstl Gn Wir dessen Abschrifft hiermit gehorsamblich vbersenden / vnd Jhro vns damit zu Gnaden befehlen wollen Constan: den 26. April. 1642.

E. Fürstl. Gn Vnderthänige Fürstl.
Bischoffl Constantzische hinderlassene
President vnd Räthe.

Daß

Daß nach fleissiger Collationierung vorgeschriebene Copey/dem Rechten vnversigelten / vnderschriebenen vnnd vnverletzten Original Schreiben von Wort zu Wort gleichstimmend befunden / bezeuge ich Endsvnderschriebener mit dieser meiner eigener Hand/vnd hierneben stehenden gewöhnlichen Notariat Zeichen. Signatum Dillingen den 8. Octobris. Anno 1642.

L. S. M. Johann Schrall auß Päpst. vnd Kayserlichem Gewalt offenbarer vnd in Curia Romana Immatriculirter Notarius.

REverendissime Princeps, Illustrissimæ Celsitudini Vestræ nostra submissa obsequia sint prævia, Clemens Princeps ac Domine. Nuperæ Nostræ promissioni satisfacturi non potuimus non facere, quin ex Diæcesis Argentinensis ad nuperrima Comitia deputato Legato Ioanne à Giffen, cui id temporis (quo Reverendissimus noster Clemens Princeps ac Dominus sua Illustrissima Celsitudo propter iter suscipiendum, suum Legatum adhuc ante finem Comitiorum domum avocaverat) etiam Constantiense votum commissum erat de scripto, nomine omnium Catholicorum Electorum & Statuum ad suam Sanctitatem pro nominatis quatuor antiquis Ordinibus expedito, informationem peteremus. Cùm verò nobis non ita pridem informatio illa transmissa sit, ideo Vestræ Illustrissimæ Celsitudini nos ejus exemplum obedienter transmittere, illique nos hisce in gratia commendare voluimus. Constantiæ 26. April. 1642.

Vestræ Illustrissimæ Celsitudinis
submissi
Illustrissimæ Celsitudinis Episcopi Constantiensis relicti Præses & Consiliarij.

QUòd post diligentem Collationem præmissa Copia vero, sigillato, subscripto & illæso Originali scripto de verbo ad verbum Concordans reperta sit, attestor ego infra scriptus hâc meâ propriâ manu & apposito consueto Notariatus signo. Signatum Dilingæ 8. Octobr. Anno 1642.

L. S. *M. Joannes Schrall Apostolicâ & Cæsareâ authoritatibus publicus atq; in Curia Romana Immatriculatus Notarius.*

NOs Caspar Zeiller SS. Theol. Doctor Reverendissimi & Illustrissimi Principis ac Domini Domini Henrici Episcopi Augustani, in spiritualibus Vicarius Generalis Universis & singulis notum facimus & attestamur, supradictum M. Ioannem Schrall esse publicum, Legalem, & authenticum Notarium, simulque Orthodoxæ fidei, ac scripturis ejus tam publicis quàm privatis, in judicio & extra semper adhibitam fuisse & de præsenti adhiberi fidem plenam. In cujus rei fidem his literis Sigillum supradicti Reverendissimi & Illustrissimi Domini nostri Episcopi Augustani, quo nostro utimur in officio, appressimus. Datæ Augustæ Vindelicorum Anno Domini 1642. 18. Octobris.

L. S. *Caspar Zeillerus.*

LIteræ Domini Ioannis von Giffen/ad Dominum Georgium Köberlein I. V. D. Illustrissimi Principis Constantiensis Consiliarium 29. Martij datæ 1642. item sub Sigillo Illustrissimi Principis Augustani recognitæ.

EDeler Vester vnd Hochgelehrter / insonders günstiger vielgeehrter Herr. Desselben geliebtes Schreiben vom 17. Dieses zu End lauffenden Monats habe ich den 24. sampt eingeschlossener Abschrifft eines Schreibens / so an die Bäpstliche Heyligkeit von denen auff dem Jüngst zu Regenspurg gewesenen der Catholischen Chur-vnnd Fürsten HERRN Räth Bottschafften / vnnd Gesandten vor vier darin benandte Orden abgangen sein solle / allhie wol empfangen / vnnd dabey deß Herrn begehrn an mich / ob nemblich dieselbe Sache in offene oder doch in gemeine Consultation kommen / weil ich zu derselben Zeit auch das Fürstliche Constantzische Votum geführet/daß ich deßwegen gründtlichen Bericht darüber jhme zukommen lassen wolle / vernommen. Worauff ich nicht sollen verhalten / daß wegen deß zu erst angedeuten Schreibens an Bäpstlicher Heiligkeit weder in völliger Versamblung deß löblichen Fürstlichen Rahts / noch auch bey einiger der Catholischen Fürsten vnnd Ständ-Abgesandten Zusammenkunfft von solcher Sache gantz nichts proponirt, oder in Berahtschlagung gezogen / viel weniger in dergleichen Schreiben abgehen zulassen/ geschlossen worden.

So ist auch kein dergleichen Concept / wie sonst es dem Herkommen gemeß / vnnd dem Herrn wol bewust / sich gebühret hette / der Catholischen Fürsten vnnd Ständt Agesandten abgelesen worden / wie ohne zweiffel in keinem derselben Protocollis hievon etwas zufinden sein wird.

Jst auch das Datum deß Schreibens auff den Sontag vnnd eben auff

auff den Tag/als Kayserl. Mayt. von Regenspurg sich weg begeben/ gestalt/ daß also von diesem Schreiben mir niemaln etwas vorkommen/ vnd in solcher gestalt vergriffenes Schreiben ohne der jenigen / deren Vota ich in einem Fürstenrath zu suchen gewürdiget worden/ außtrucklichen Befelch oder sonderbarer Instruction vnd vorwissen in keines weges eingewilliget haben würde / vnd ob schon selbiges in berathschlagung gezogen/ vnd also abgehen zulassen geschlossen worden wäre/wolte ich auffs wenigst/weil der Herr weiß/wie bißweilen vil Geist. Fürsten Vota, sonderlich wenn es ad plenum kommen/geachtet werden/meinen dissensum durch ein bevorbehaltlichs außbedingung offentlich zuvernehmen geben haben/das weiß ich zwar wol/daß die Herren Prælaten den abwesenden Herren Abgesanden/fast zu end deß Reichstages / ein Supplication, in welcher das petitum, wie in der mir überschickten Schreibens Abschrifft begriffen/einlifferen lassen/welche auch den 5. Octobris ad Dictaturam kommen / es ist aber solche Supplication nie proponirt, noch wie obgemelt/einiger Schluß von den sämptlichen Catholischen Ständen darüber gemacht worden/ welches ich dem Herrn zu begehrter Nachricht anzufügen nicht vnterlassen wollen. Thue mich im übrigen auff die protocolla bezeigen / vnd vns allerseits der Götlichen Bewahrung empfehlen. Passaw/den 29. Mertz 1642.

Deß Herrn Dienstwilliger Johann von Giffen.

Daß nach fleissiger Collationierung vorgeschribene Copi, dem rechten vnterfigelten / vnterschribenen vnd unverletzten Original von wort zu wort gleichstimmend befunden / bezeuge ich ends vnterschribener mit dieser meiner eygener Hand / vnd hieneben stehenden gewöhnlichen Notariat-Zeichen. Signatum Dillingen/den 8. Octobris/Anno 1642.

S. N. L. S. M. Johann Schrall auß Päpstl. vnd Kays. Gewalt offenbarer vnd in Curia Romana Imatriculirter Notarius.

NObilis, Clarissime & Consultissime, præsertim benevole ac multùm honorande Domine: Gratas illius literas 17. hujus decurrentis mẽsis datas ego 24. ejusdem una cum incluso exemplo alicujus scripti ad suam Sanctitatem à præsentibus in nuperis Comitiis Ratisponensibus Catholicorum Electorum ac Principum Consiliariis Legatis pro quatuor in eodem nominatis Ordinaribus, prout fertur, expediti, rectè accepi, simulq; intellexi à me quæri; utrum ea res in publicam & communem consultationem adducta fuerit, & quia ego id temporis etiam Principis Constantiensis votum habui, ut desuper veram ejus informationem darem.

Ita rogatus non debui celare, quòd de prædicto scripto ad suam Sanctitatem neque in plena Congregatione laudabilis Principum Consilii, neque etiam in ullo Catholicorum Principum & Statuum Legatorum Conventu quicquam omnino fuerit propositum, aut in deliberationem adductum, multò minùs ejusmodi scriptum ut expediretur, conclusum. Adhæc nûquam istiusmodi conceptus, prout alias consuetudine Domino notoriâ receptum, atque quemadmodum Dominus novit, decens est, fuerit Catholicorum Principum & Statuum Legatis prælectus; Siquidem in nullis protocollis de eo quicquam reperitur. Quin etiam scriptum asseritur datum die dominicâ post conclusa Comitia subsequente, ac quâ S.C. M^tas Ratisponâ sese erat motura, ita ut de hoc scripto nunquam mihi aliquid fuerit propositum & insuper absque eorum, quorum vota in Principum Consilio mihi commissa fuere, expresso mandato conceptum; sine quorum speciali instructione ac præscitu ego nullatenus in illud consensissem. Et quamvis istud in Deliberationem adductum atq; ut expediretur conclusum fuisset, ego certè cum Domino notum sit, quod interdum multorum Ecclesiasticorum Principum vota, præsertim in pleno consilio negligantur, meum dissensum protestatione & reservatoria clausulâ interpositâ publicè ostendissem. Hoc scio quidem, quòd Domini Prælati ferè sub finem Comitiorum aliquam supplicationem, in qua petebatur id, quod in transmisso mihi exemplo continetur, præsentibus DDn. Legatis exhiberi curarint, quæ etiam 5. Octobr. ad dictaturam exhibita fuit, sed nunquam in Consilio proposita, nedum prout supra dictum, ulla de ea à simul congregatis Catholicis Statibus desuper data est resolutio vel conclusio formata. Quod ego Domino quò minus pro desiderata Instructione significaré, prætermittere non volui; me de reliquo ad protocolla referens & nos undique divinæ protectioni commendans. Passavij 29. Martii 1642.

L. S. Ds. Vra.

Officiosus

Ioannes Giffen.

Quòd post diligentem collationem præmissa copia vero, sigillato, subscripto & illæso Originali de verbo ad verbum Concordans reperta sit, attestor ego infra scriptus hâc meâ propriâ manu & apposito consueto Notariatus signo. Signatum Dilingæ 8. Oct. Anno 1642.

S. N. L. S. *M. Ioannes Schrall Apostolica & Cæsareâ authoritatibus publicus & in Curia Romana immatriculatus Notarius.*

Nos

Nos Caspar Zeiller SS. Theol. Doctor, R$^{mi.}$ & Ill$^{mi.}$ Principis ac Dni, Dni Henrici Episcopi Augustani, in spiritualibus Vicarius generalis, universis ac singulis notum facimus & attestamur, supradictum M. Joannem Schrall esse publicum, legalem, & Authenticum Notarium, simulque orthodoxæ fidei, ac scripturis ejus, tam publicis quàm privatis in judicio & extra semper adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi fidem plenam. In cujus rei fidem his literis sigillum supradicti R$^{mi.}$ & Ill$^{mi.}$ Dni nostri Episcopi Augustani, quo nostro utimur in officio, appressimus. Datæ Augustæ Vindelicorum Anno Domini 1642. 15. Octobris.

L. S.

Caspar Zeillerus.

Instrumentum Protestationis Reverendissimi & Illustrissimi Domni Henrici Episcopi Augustani 29. Marti. 1642. sub ejusdem Illustrissimi Principis sigillo contra suprad. commendatitias interpositæ.

In NOMINE DOMINI AMEN. Per hoc præsens publicum Instrumentum cunctis sit notum, & pateat evidenter, Quod anno à Nativitate ejusdem millesimo, sexcentensimo quadragesimo secundo, Indictione decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Urbani divina providentia Papæ octavi, anno decimo nono, nec non Regiminis Serenissimi, Potentissimi & Invictissimi Principis ac Domini, Domini Ferdinandi tertii Romanorum Imperatoris semper Augusti, Germaniæ, Bohemiæ & Hungariæ Regis, Archiducis Austriæ, &c. anno sexto, die verò Sabbathi, quæ erat vigesima nona Mensis Martii circa horam tertiam pomeridianam Dilingæ in arce & conclavi Episcopali, in mei Notarii publici, testiumque infra scriptorum, ad hoc specialiter Vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Illustrissimus & Reverendissimus Princeps ac Dominus Dns Henricus Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Augustanus, &c. Sacri Romani Imperii Princeps, in manibus suis schedam protestationis, declarationis, & attestationis tenens, quam Ill$^{ma.}$ & R$^{ma.}$ Celsitudo sua me præsente subscripserit, ejusdemque tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis.

Nos Henricus Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Augustanus Sacri Romani Imperii Princeps protestamur, declaramus, & omni meliore modo testatum facimus Quod in Supplicationem, ad instantiam Ordinum S. Benedicti, Cistertiensium, Præmonstratensium & S. Augustini Canonicorū Regularium, sub finem proximorum Comitiorū à Catholicis Imperii Statibus, uti præfertur ad S D N. Urbanum Papam Octavū decretam & dictis Comitiis jam finitis, decima quartâ Oct. Añi millesimi, sexcentesimi, quadragesimi primi, primū emanatam, neq; ipsi consenserimus, neq; legatis nostris, ut consentirent, ullam potestatem fecerimus, neq; postulata in ihi cōtenta (ut videlicet sua Sanctitas translatiōes, concessiones, alienationes Monasteriorū, eorumve bonorum.

bonorum & proventuum Auctoritate Apostolicâ antehac factas, veluti Concordatis Germaniæ & Constitutionibus Imperii, nec non SS. Canonum & Conciliorum decretis adversas, revocare, irritare & cassare, nec ullas deinceps facere, vel cujuscunque demum Intercessiones aut petitiones in contrarium admittere dignetur) suffragio nostro approbare, & promovere velimus aut possimus: de sedis Apostolicæ, nostrisq; etiam hac in parte juribus protestando, aliisque juris remediis, quantum in nobis est, cautum volentes.

Testamur præterea, nobis non solum à Serenissimo Electore Maximiliano Bavariæ Duce, sed etiam à Dnis Episcopis Francisco Herbipolensi, Marquardo Eichstadensi, Vito Adamo Frisingensi, nec non à Consiliariis Episcopi Constantiensis in illius absentia, item & à Domino Jacobo Præposito Elvacensi disertè ac liquidò scriptum esse (quas literas in Originali quovis loco demonstrare parati sumus) se pariter ad supradictam Supplicationem pro quatuor Ordinibus expediendam, nec licentiam, nec consensum suis Legatis ad Comitia Ratisponensia missis, dedisse. Quem in finem ut hæ literæ protestationis, Declarationis & Attestationis nostræ ubique plenam fidem faciant, eas manu nostra subscripsimus, & sigilli nostri appressione jussimus communiri. Actum Dilingæ in arce Residentiæ nostræ vigesima nona Martii, Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo.

Henricus Episcopus Augustanus.

Super qua protestatiõe, Declaratione & Attestatione idem Ill*mus.* & R*mus.* Dn. protestãs sibi à me Notario publico infra scripto unum vel plura, publicũ seu publica, fieri petiit, atque confici Instrumentum & Instrumenta. Acta sunt hæc Dilingæ in arce Episcopali, ibidemque in ipsiusmet Illustrissimi & Reverendissimi Dn. Protestantis conclavi, sub anno, Indictione, Mense, die, hora, Pontificatu & Regimine Cæsareo, quibus supra, præsentibus Adm. Reverendo & Clarissimo nec non Prænobili & Strenuo, Domino Xisto Vischero SS. Theol. Doctore, Sac. Cæsareæ Majestati, Illustrissimo quoque & Reverendissimo Domino protestanti ac Comiti Palatino Neoburgico à Consiliis, Parocho Dilingano, & Dno Joanne Georgio Renner ab Almengen ejusdem Illustrissimi & Reverendissimi Dni Protestantis Consiliario, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis

Et quia ego M. Joannes Schrall, Diæceseos Augustanæ, sacris Apostolicâ & Imperiali Auctoritatibus publicus & in alma Romana Curia immatriculatus Notarius, pro tempore civis Dilinganus dictæ protestationis subscriptioni & requisitioni una cum prænominatis Dominis testibus, ipse præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi: Ideo præsens hoc publicum Instrumentum desuper confeci, manu propriâ scripsi & subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque, nomine & cognomine meis solitis & consuetis communivi rogatus & requisitus.

L. S. N.

M. Ioannes Schrall Notarius qui supra in fidem subscripsit.

Et

Et Nos Caspar Zeillerus SS.Theol.Doctor,R*mi* & Ill*mi*.Principis ac Dn Dni Henrici Episcopi Augustani,in spiritualibus Vicarius Generalis, supra scriptum Joannem Schrall esse publicum, legalem,& Authenticum Notarium,Orthodoxæ fidei,scripturisq; ejus tam publicis quàm privatis,in judicio & extra semper adhibitam fuisse,& de præsenti adhiberi fidem plenam, appressione nostri Officii sigilli & propriæ manus subscriptione attestamur. Dilingæ die 29.Martii 1642.

L. S.

Caspar Zeillerus.

Ex his videre est,quàm temere F.Romanus *in Confinibus Horti allegat.* 452. *fol.*306.307.*& in Aulais fol.*503.505. falsitatis me insimulare fuerit ausus, quando,*q.*2.*Eclips.sect.*3.*c.*1.*n.*21.*& c.*3.*n.*10.*& seqq.*literas & Rescripta nomine S.C.M*tis*. ac Supplicationem nomine Legatorum Principum S.R.I. ad suam Sanctitatem pro antiquis Ordinibus expedita, tradidi sub-& obreptitia esse; quibus ea,quæ juris sunt, malè à F.Romano applicantur. Undè consequens est, F.Romanum tot falsarum allegationum Reum constitui, quot Auctores,literas & lineas ad rem falsissimam defendendam advocat & adducit,quas enarrare omnes mihi per quam foret difficile,nec otium sineret, nec rei indignitas pateretur.

SECT. II.

Quomodo Legati Electorales se suis Dominis Principalibus de suprad. Intercessionalibus purgare sint conati.

Nunc etiam videamus, quomodo se præcipui Deputati Legati suis DD. Principibus purgârint. Ita verò 1. Moguntinus Deputatus se apud suum Eminentissimum Principem Electorem excusavit.

1. Vice-Canzlers Regenspurger Entschuldigung.

Gnädigster Herr. Was an Ew. Churfürstl. Gn. dero Confessarius Herr P Biber Collegii Societatis Jesu Rector zu Maintz eines gewissen / bey end deß jüngst zu Regenspurg gehaltenen Reichstags an Ihr Päpstl. Heiligkeit in favorem der alten Ordens Religiosen zwar gewilligten/nach der Hand aber vnd nach Ihrer Kayserl. Mayt. Abrayß von Regenspurg erst gefertigten Schreibens/Ew. Churfürstl. Gn. aber an vns derentwegen gelangen/vnd dabey gnädigst begehren lassen/ solches haben wir auß dero post scripto vnd sein Herrn Patris Rectoris Copeilich beygelegten information mit vnderthänigster Ehrerbietung vernommen.

 Verhalte

Verhalte hierauff E. Churf. Gn. ich der Vice-Cantzler zu gehorsamster folg nicht / daß nicht ohn / ermelte Benedictiner vnd ander Ordens Religiosi vnder wärendem vorberührten Regenspurgischen Reichstag / nicht ein / sondern offt vnd vielmal bey Chur. Fürsten vnd Stände vmb dergleichen vnd weit außführlicher gesampten Schreiben an Ihr Päpstl. Heil. inständig angehalten vnd gebetten / welches aber jederzeit anderer vielfältigen Geschäfften vnd Vrsachen halber auff sich ersitzen blieben / biß endlichen die Herrn Ratione quindeniorum (welche höchstgedacht. Ihre Päpstl. Heil. gantz newerlich / vnd wider die Concordata Nationis Germaniæ von aller Geistlichen præbenden vnd Gütern im H. Röm. Reich vff gewisse maß zu fordern / vnd diese Ihre forderung zu behaupten vnderstanden) zu verhütung dergleichen inconvenientien, an mehrhöchstgedachte Päpstl. Heil. von Chur. Fürsten vnd Ständen / gewisse Intercessionales vnd da benebens gesagt vnd begehrt / daß Ihre Päpstl. Heil. die Notturfft darin vnd vornemlichen / daß dieses ihr petitum besagten Concordatis Germaniæ directè zuwider lauffen thäte / beweglichst remonstrirt, vnd vmb manutenirung derselben gebetten werden möchte / welche Intercessionales zwar zuertheilen / obwol bey dem hochlöblichen Churfürsten. Rath einig bedencken nicht gewesen / sondern vielmehr bey andere beede Reichs. Räthen dagegen allerhand Difficulteten movirt worden / so hat dieses ihr Begehren etlich Monat lang / ja fast biß zu end deß Reichstags auffgezogen werden müssen / ehe dergleichen Intercessionales von allen Reichsständen gewilliget werden wollen / wie trew vnd eyfferig aber man sich vff seiten E. Churfürstl. Gn. die beförderung derselben angelegen seyn lassen / ist gleicher gestalt den Herren Patribus nicht vnbekannt / zumal es in Ermanglung aller Ständ consens, in ansehung aber der Sachen Billigkeit / vnd damit je diß fals nichts verabsaumet werdē mögt / dahin vermittelt / daß der drey Herren Catholischen Churfürsten anwesende Gesandten an Ihr Päpstl. Heil. begehrter massen geschrieben / auch nach der Hand vnd als die gesampte Catholische Reichsständ / diß der Herren suchen gleicher gestalt placidirt, die allbereit ertheilte Intercessionales reiterirt, in aller Ständ Namen bestens außgefertiget / vnd zur Sigelung vmbher geschickt worden / wobey die Patres Religiosi, sonderlich aber die Benedictiner, vnd in specie Herr Prælat zu Weingarten / als welcher im Namen aller anderer Schwäbischen immediat Prælaten die Session, das votum, auch räthlich / die Sigelung aller abgangenen Schreiben mitgehabt / die Zeit in acht genommen / vnd sintemalen jhm vnd andern seinen mit. Ordenspersonen dato mit den so offt gebettenen Intercessionalien nit willfart werden wollen / die bey ihnen gesuchte Siglung verweigert / mit nochmaliger inständiger Bitt / man wolte jhnen weniger nit dann anderen Geistlichen Orden mit den gesuchten Vorbitt. Schreiben gratificiren, dem gleichwol vnerachtet / demselben vnd seine constituirte Fratres von mir nicht ein / sondern zum vierten / fünfften, ja sechsten mal / vnd also zu nicht geringer jhrer indignation abgewisen worden / biß sie endlich die Resolution iterato gebracht / sintemal sie die Reichsständ nach publicirtem Reichsabscheid zum theil voneinander gethan / vnd verraysett

rahset/also daß das Schreiben in aller Ständ Namen zu erlangen vmbsonst/daß so wol die Herzen Chur-Cöllnische als Bayerische die Intercessionales auff maß vnd weiß/die von E. Churfürstl. Gn. wie beygeschlossene Copie mit mehreren nach sich führt / allerdings verwilliget / man wolte Chur-Maintzischen theils davon sich nicht separiren, sondern dieses jhr Bitten vnd Begehren mit vollenziehen helffen. Nachdem wir dañ befunden/daß die Majora vorhanden gewesen/ von denselben aber so gestalten Sachen nach sich abzusondern nit wol vermögt/ als ist zur expedition zwar geschritten/gleichwol nicht/wie die von ermelte Herzen Patre Confessario übergebene/ sonder beykommende Copia mit mehreren nach sich führt / das Original gefertiget/den Herzen Chur-Cöllnischen vnd Bayerischen zur revidirung vnd Sigelung zugeschickt / vnd uff jhr nachmalige ratification außgeliffert worden/worauß die Herzen Patres, vorderst aber E. Churf. Gn. gnädigst vnd klärlich zu ersehen / daß erstlich das Schreiben / nicht wie bericht/von allen Ständen deß Reichs/sondern allein der drey Catholischen Herzen Churfürsten Gesandten/auch nicht wie die übergebene / sondern beykommende Copia besagt / gefertiget vnd fortgeschickt worden / vnd daß dannenhero vnsere Intention vnd Meynung nicht gewesen / den Herzen Patribus vnd dero löblichen Orden/dardurch in einigem Weg zu præjudiciren,in dem wir vnd sonderlich ich der Vice Cantzeler alles das jenige / so vff sie gedeutet werden können/ durchstrichen/vnd vielerwehntes Schreiben in genere eingericht habe/damit E. Churfürstl. Gn. aber der Herzen Chur Cöllen vnd Bayerischen Gesandten vorher gangene einwilligung halben (wiewol wolermelte Herzen Cöllnische derselben annoch sich guter massen erinneren/vnd deren keines wegs in abred seyn könne) über dem Vorlauff dieses abgelassenen Schreibens/vmb so viel beständiger Nachricht erlangen/bevorab weil man nicht ohne Verwunderung vernimmt/ daß sonderlich die Herzn Chur-Bayerischen mit der Vnwissenschafft sich zu entschuldigen/vnd die Schuld auff das Maintzische Directorium , ohnerachtet jhrer erfolgten Siglung zu laden vnterstehen. So geruhen Ewer Churfürstlich: Gnaden sich ob beykommendem Original-Schreiben mit mehreren vnderthänigst referiren zulassen/was derentwegen ermelter Herz Prælat zu Weingarten an dero vnd anderer Prælaten allhie constituirten Advocaten D. Truckselring in Schrifften gelangen lassen/dergleichen uff den Nothfall mehrer beygebracht werden können. Ohne ist zwar nicht / daß solch Schreiben nicht allein bey mir dem Vice-Cantzler / sondern auch beeden Directoriis der löblichen Fürsten vnd Stätt Räthe / auch der Chur vnd Fürsten vnd anderer Ständen Gesandten vnder wärendem Reichs Tag/ öffter vnd inständig gesucht /aber jederzeit wie gedacht/zuruck gehalten / gleichwol nach geendigtem Reichs-Tag / doch noch bey versammletem Churfürstlichem Collegio , wie oberzehlet / ertheilt worden. Dahero vnd wenigers nicht wahr/daß wie gleich anderen Churfürstlichen Votanten von den Herzen Patribus die cassation durch ein anderwerts gegen scriptum zwar zugemuhtet / aber von mir/wie nicht vnbillig / verweigert/ vnd alles zu Ewer Churfürstlichen Gnaden hohen Churfürstlichen Namen

mit vollenzogen worden/ohne dero gnädig vorwissen vnd consens eygenwillig zu retractiren, durch ein contrari scriptum zu cassiren, vnd hierdurch sich in Gefahr einigen vnglimpffs zustellen/ sondern habe den Herrn Patribus selbsten/dieses Mittel wolmeynent an die Hand gegeben/ daß E. Churfürstl. Gn. sie hierunder in vnderthänigkeit anlangen / vnd ein anders bey derselben gehorsamst außwürcken möchten. Welches dann billich zu E. Churfürstl. Gn. gnädigstem wolbelieben gestalt bleibt/ob sie offt vnd vielermeltes Schreiben genehm halten/oder sonsten ein anders den Herren Patribus zu gutem/ welches man jhnen von Hertzen wol günnet/verordnen wöllen Zwar sind dergleichen Intercessionales einem vnd anderen Stand deß Reichs vnter wehrendem Reichstag zu vnterschiedlichen malen gewilliget / E. Churfürstl. Gn. aber hiemit jederzeit zu behelligen vor unnötig erachtet/sondern dero vns ertheilten vermög gnädigstem Befelch gemeeß pro re nata verfahren / vnd denen majoribus gemeeß gefertiget worden. Welches alles E. Churfürstl. Gn. ich/ seitemal mir die beste Wissenschafft beywohnet/ in vnterthänigkeit unverhalten sollen / dieselbe dabey Gottes gnadenreichen Schutz/rc. Wien den 16. April. 1642.

Ew. Churfürstl. Gnaden/rc.

I. *Vice-Cancellarii Regenspurgeri expurgatio.*

CLementissime Domine: quod Eminentiæ V. ipsius Confessarius Dominus Pater Biber, Collegii Societatis Jesu Moguntinensis Rector, de certis quibusdam sub finem novissimorum Comitiorum Ratisbonæ habitorum ad suam Sanctitatem in favorem antiquiorum Ordinum Religiosorum concessis quidem, at demum post Cæsareæ Majestatis abitum Ratisbonâ conceptis literis, & Vestra Eminentia nobis de iisdem perscripsit, atque à nobis clementissime desideravit, illud ex Eminentissimæ V. Celsitudinis postscripto adjectoque Domini Patris Rectoris Informationis exemplo cum submississimâ reverentiâ recepimus. Ego itaque Vicecancellarius V. Eminentiæ obsequentissimus haud celo, quòd ipsi memorati Benedictini & aliorum Ordinum Religiosi, durantibus antedictis Comitiis Ratisbonêsibus, non semel, sed sæpè ac multoties apud Electores, Principes ac Status pro similibus & latius deductis ad Sanctitatem suam simultaneis literis institerint ac rogarint, de iis verò ob alia multifaria occurrentia negotia certisque de causis nihil fuerit propositũ, usque dum P. S. ratione quindenniorum (quæ sua Sanctitas plane recenter & contra Concordata Nationis Germanicæ ab omnibus Ecclesiasticis præbendis & bonis in sacro Romano Imperio sub certo modo exigere & hanc exactionem defendere nitebatur) ad præcavenda hujusmodi inconvenientia ad suã Sanctitatẽ ab Electoribus, Principibus & Statibus certas Intercessionales postulassent, simulq; dixissẽt, ne cessariũ, in iis Sanct. suæ, præsertim q hoc ipsius petitũ prædictis Cõcordatis Germãiæ directò contrariũ, adducitis motivis

rationib' demonstrandū & pro eorundē manutenētia instandū esse, in quib. Intercessionalibus decernendis, quamvis apud laudatissimū Electorale Cōsilium non fuerit difficultas; attamen apud duo reliqua Imperij Consilia variæ obmotæ fuerunt difficultates. Unde hæc postulatio aliquot mensibus & ferè ad finem usque Comitiorum prorogata fuit, usque dum in ejusmodi Intercessionales, omnes Imperij Status consentirent. Quam fideliter verò, quamque ferventer ex parte V. Eminentiæ earum promotio curata fuerit, similiter Dominis PP. constat. Siquidem deficiente omniū Statuum cōsensu, attentâ verò causæ æquitate, ne quicquam in ea negligeretur, hæc media inita est via, ut præsentes trium Dominorum Catholicorum Electorum Legati modo petito ad suam Sanctitatem literas expedirent; post etiam accedentibus omnium Catholicorum Imperij Statuum votis jam tum expeditæ Intercessionales, repetitæ, ac nomine Statuum omnium in optima forma conceptæ & ut signarentur, hinc inde missæ fuerint. Sub hoc actu Patres Religiosi, præcipuè Benedictini ac in specie Prælatus Weingartensis, utpote qui nomine omnium aliorum immediatorum Prælatorum Suevicorum, sessionem, votum, Consilium atque Signaturam omnium expeditarum literarum unà habuit, tempus commodum observavit. Cùm enim sibi alijsque suis consortibus Religiosis huc usque tam sæpè petitæ Intercessionales non concederentur; rogatam quoque à se signaturam ipse negavit, adjunctâ instanti similiter petitione, ut sibi non minus ac alijs Religiosis Ordinibus in postulatis Intercessionalibus gratificarentur. Eo nihilominus obstante, ipse, ipsiusque fratres constituti à me non unâ sed & quarta, quinta, imò sexta vice atque sic non sine gravi sua indignatione, rejecti sunt; donec tandem hanc Resolutionem iteratò adferrent; quandoquidem Status Imperij, publicato Imperij Recessu, partim discessissent & profecti essent, ideo frustrà literæ omnium Statuum nomine implorarentur; Et quoniam tam Domini Colonienses quàm Bavarici Legati Electorales in Intercessionales secundùm formam & modum, prout V. Eminentiæ ex acclusa earundem copia pluribus videbit, omninò jam consensissent, ideo nec displiceret Moguntinensibus rogatis in illas consentire, sed potius earundem expeditionem promovere. Ubi vidimus Majora adesse vota & suffragia; à quibus, attentâ rerum circumstantiâ non commodè discedere potuimus; ad expeditionem quidem deventum est, at ipsæ, non prout à dicto Domino Patre Confessario exhibitæ, sed (prout adjuncta hisce copia pluribus ostendit) Authenticæ conceptæ, Dominis Coloniensibus ad revidendum & signandum, transmissæ, nec non ad futuram ipsorum ratificationem extraditæ sunt. Ex quibus, tùm Domini Patres, tùm præcipuè V. Eminentia Clementissimè & dilucidè videre poterit. 1. Literas eas, non, uti relatum, ab omnibus Imperij Statibus, sed solùm à trium Dominorum Catholicorum Electorum Legatis, neque uti exhibitæ sonant, sed uti præsentium Copia docet, expeditas &

tas & transmissas fuisse. Indeque minimè nostræ Intentionis fuisse Dominis Patribus & laudabili ipsorum Ordini per eas ullum creare præjudicium, dum nos & præcipuè ego Vice Cancellarius quicquid ad ipsos referri potuit, cancellaverim, & sæpe memoratas literas in genere duntaxat expediverim, ut V Eminentia, sed præeunte Dominorum Coloniensium & Bavaricorum Legatorum Electoralium consensu (quamvis præfati Colonienses illius memores esse, necullatenus inficias ire possint) de progressu harum expeditarum literarum eò firmiorem accipiat informationem, præsertim cum non sine admiratione intelligatur, Dominos Electorales Bavaricos ignoratione sese excusare, & culpam in Directorium Moguntinum, non attentâ propriâ suâ subsecutâ signaturâ, reijcere conari.

Quare V. Eminentiæ placeat sibi ex adjunctis literis originalibus jubere submississimè referri, quid de ijs prænominatus Dominus prælatus Weingartensis suo aliorumque Prælatorum Advocato Doctori Truckselring perscripserit. Cujusmodi scripta ubi opus esset, complura produci possunt. Illud non negatur, quod literæ istæ non solum à me Vicecancellario, sed & utroque Directorio laudabilium Consiliorum Principum ac civitatum, nec non ab ipsis Electorum, Principum atque aliorum statuum legatis sæpius & quidem instantissimè, durantibus Comitijs petitæ, sed ut dictum, semper retardatæ, nihilominus finitis Comitijs à congregato adhuc Collegio Electorali, in formâ supra scriptâ impertitæ fuerint. Hinc quoque nec minus verum, quod nos æque ac alij Electorales Votantes ac suffragantes à Dominis Patribus pro abolitione seu cassatione earundem literarum aliud scriptum contradictorium rogati simus, verum non injuriâ à me negatum, totumque ut cum Electorali Vestræ Eminentiæ respectu ac honore peageretur, priores sine prævio Clementissimæ V. Eminentiæ scitu & Consensu propria authoritate retractandas, scripto contrario priores abolendas, ac per hoc, offensionis periculum subeundum non censui. Verùm id ego Consilij Dominis Patribus ex bono animo suggessi, ut ipsimet V. Eminentiæ submississimè supplices, aliud contradictorium scriptum ab eadem impetrarent. Quod jure meritòque V. Eminentiæ clementissimo committitur arbitrio ac beneplacito, utrum sæpè nominatas literas approbare, vel alias pro Dominis Patribus, quod ex animo ipsis favetur, dandas jubere placeat. Similes quidem Intercessionales uni vel alteri Statui Imperii, tempore Comitiorum diversis vicibus sunt concessæ, sed de ijs V. Eminentiam semper facere certiorem, haud necessarium esse existimavi, & vigore mandati mihi Clementissimè dati pro re nata processi, nec non majoribus votis meum accommodavi.

Quæ omnia V. Eminentiam ego, quippe cui optimè perspecta erant,

erant, humillimâ cum submissione, latere nolui, Eam gratiosæ Dei protectioni commendans. Viennæ 16. Aprilis. 1642.

V. Eminentiæ
subiectissimus
Regensperger.

Adjunctum literarum D. Vicecancellarij Moguntini.

WOledler / Gestrenger. Ewer Herrl. Schreiben vom 19. Februar. hab ich den anderen Martij zu recht empfangen / vnnd den vnversehenen Zweiffel/ob die Herren Chur Bayern Räth zur Außfertigung der bewusten Intercession nacher Rom pro tuitione Concordatorum Nationis Germanicæ vor den ältern Orden/ihren Willen geben/mit befrembden vernommen/folgt zu warhafften Bericht; Als beyde meine Gnädige Herren Prælaten deß allhiesigen Gotteshauß vnnd Eüsserthals Commissarius Cistertiensium sich vmb solche Intercession inselbst Person beworbē/ der H. Richele sich gleichwol anfangs entschuldiget/Er hette ihrer der alten Orden Supplication nit gelesen/aber gleich bey den Schribenten so auß der Dictatur kommen/ darnach gefragt vnd erfahren / dz ers zuschreiben vnderlassen/weil es in Truck kommen/hernach auch Communicirt worden/darüber er sich erbotten/solche nechst zulesen / darnach sich die H. Chur Bay. folgends erklären werden. Als ich nur diese vertröste Resolution zu solliciren Befelch bekommen/vnd mich darumb bey wolbemelten H. Richel angemelt/hat er mir die Resolution geben/es hetten sich die H. Chur Bayrische miteinander albereit vnderredet/vnd seye der gebettenen Intercession halber ferners kein bedencken / sie wöllens mitfertigen lassen / vnd obwol er gleich damals zuverreisen wegfertig war/ so gebe es doch hiran kein Verhinderung/dann der Herr Graff von T. besieglen wurde / so mir Vrsach geben / daß bey Ihr Gr. Gnad ich mich alsgleich in continenti anmelden lassen/ von deren ich die ebenmessige Antwort empfangen/es habe hiemit seine Richtigkeit/Er wölle von seines Gnedigsten Herrn wegen solche mitfertigen helffen Dabey ichs ohn alles Nachdencken bewenden lassen/vnd Herr Chur Mäyntz Canzelern (auff sein befragen) die Gewißheit geben. Ich seye der Herrn Chur Bäyeren Einwilligung versichert/ vnnd nach dem sich die H Chur Cöllnische darzu ebenmässig bekent/hat wollermelter Chur Mäintzsch. Canzler zur expedition ehe vnd zuvor nicht schreitten lassen wöllen/ vnnd wie ich mich ex ore H. Richels / vorderst auch H. Graffen von T. zu solchem Einschlag bekenne/vnd gantz gewiß bin/daß die Sachen sich vorstehender Massen verloffen. Als gelangt an Ewer Herrl. mein hochfleissiges bitten vnd ersuchen/bey wollernenten H. Chur Mäintz Cantzeler vnbeschwerdt diese Erinnerung zuthun/vnd darbey von der sämptlichen Orden auch meiner selbst wegen zubitten/hierin kein diffidenz zusetzen / vñ da er ein vngleiche Meynung (als wañ jme mehr vorgeben worden/als à parte rei wer) gefast/selbige kecklich fallē lassen/ dan also hat so wol der H. Graff T. von als H. Richel das Wort von sich geben/ auff

auff kein andere Weis ists auch bey den Herrn Chur Cöllnischen hergangen/ vnd wuste ich nichts was weiters zuthun gewesen sein solte/man pflegt in diesen Fällen über dergleichen Verwilligung kein Testimonium zufordern/oder zugeben/sonderlich wo per subsequentem actum expeditionis & Sigillationis das Versprechen sein effect erreicht. Die Sach mag wol das Liecht leiden / ist nicht vonnöthen sub involucro zuhandelen/die ältere Orden vnd derselbe Prædecessores haben sich bey Auffrichtung der Concordata inter membra transigentium befunden/in deren Fußstapffen Iuris acquisiti die posteri eingetretten; mit was fugen hetten dann jhnen die gebettene Intercession versagt werden können/da man doch den Herrn PP. in puncto annatarum auch intercessiones mitgetheilet/vnd pro medio concludendi die Concorda angezogen. &c. Weingarten den 17. Martij. 1642.

Ew. Herrl.
Dienstgeflissener
An H. Truckßerling. F. Ioannes Martini.

Adjunctum literarum D. Vice-Cancellarij Moguntini.

NObilissime ac strenue Domine: Literas Vestræ Magnificentiæ 15. Febr. datas, 2. Martij rectè accepi, atq; improvisum dubiũ, utrum Domini Electorales Consiliarij Bavarici suum in Notoriarum Intercessionalium Romam transmittendarum expeditionem pro tuitione Concordatorum Nationis Germanicæ, proque antiquis Ordinibus dederint Consensum, admirabundus percepi. Pro vera hujus rei informatione subjicio; quòd cùm ambo mei gratiosi Domini Prælati hujus religiosæ Domus, nec non Euserthalij Commissarius Generalis Cistertiensium pro his intercessionalibus ipsimet instarent, Dominus Richele principiò se excusarit, eò quod antiquiorum Ordinum supplicationem haud legisset, sed mox apud amanuensem è Dictatura venientem de eis interrogasset comperissetque, quod labore eam scribendi supersedisset, cùm typis vulgatæ ac postmodum etiam Communicatæ essent; Offerebat insuper, eas occasione proximâ se lecturum &c. ac Dominos Bavaricos consequẽter se esse resoluturos. Hujus promissæ resolutionis solicitandæ accepto mandato cùm me apud Dominum Richele insinuassem, sequentibus is sese resolvit verbis; Electorales Bavaricos jam inter se contulisse; nec ullam in petitis intercessionalibus superesse difficultatem, se simul eas expediturum; Et quamvis ipse itineri accinctus staret, non tamen ullum ei propterea injici obstaculum.

Cum Dominus Comes de T. eas signaturus esset. Hacq; fuit mihi occasio Magnificentiam confestim accedendi à qua simile accepi responsum, scil. rem esse penitus confectã; Amanuensis autẽ nomine Magnificæ suæ Dominationis eas simul expediturũ promisit. In qua respõsione sine ulla alia cõsideratione vel reflexione, acquievi, atq; ita ad Domini Vicecancellarij Moguntini quæstionem, hanc certã dedi respõsionẽ, quod de Dominorum Bavaricorum Concessione & obsignatione securus sim. Et

cum

tum Domini Colonienses se aequè approbaturos promitterent, praedictus Vice-cācellarius Moguntinensis ad expeditionē ante descendere non voluit. Atq; ut ego ex ore Domini Richel ac praesertim Domini Comitis de T. ejusmodi consilium, accepi & omnino certus sum, rem praefato modo esse peractam: Ideo eo Vest. Magnificentiam summopere rogo, ut praenominato Domino Vicecancellario Moguntino in memoriam revocare, & simul omnium ordinum meove nomine instare haud gravetur, ne ulla hac in re diffidentiâ tangatur; & si quam sinistram foverit opinionem (quasi plus sibi, quam reverà à parte rei esset, proponeretur) eam audacter poneret;

Hoc enim modo tam Comes de T. quàm Dominus Richel fidem dederunt & addixerunt, nec alio pacto cum Dominis Coloniensibus est processum, neque ego quid ulterius fieri debuisset, scivi. In hisce casibus nullum super ejusmodi Concessionibus testimonium requiri aut dari solet, inprimis, ubi promissio, per subsequentem expeditionis & sigillationis actum, suum sortita est effectum.

Res ea lucem fert nec necesse est ut sub involucro tractetur. Antiqui ordines, ipsorumque praedecessores Concordatis conventis ut membra transigentium interfuerunt, posteri horum Vestigijs juris acquisiti insistunt: qua igitur ratione petitae intercessionales ipsis denegari potuissent? Cùm & Dominis Patribus Societatis in puncto Annatarum Intercessionales sint impertita & pro medio concludendi allegata Concordata. &c. Weingarten 7. Martii. 1642.

Domino Truchsessing.

V. Magnif.
Officiosissimus
F. Ioannes Martini.

Aliud Adjunct.

EGo infra Scriptus attestor, quod perillustres, generosi & strenui Domini Domini Serenissimi Bavariae Ducis Electoris ad Comitia Imperialia praeterito anno 1641. deputati sive legati, quatuor antiquis ordinibus Benedictino, Cistertiensi, Praemonstratensi, & Canonicorum Regularium S. Augustini commendatitias ad summū Pontificem datas, non modo placidaverint, & consensum suum dederint omnes & singuli, verum etiam expeditas suo sigillo scienter & libenter roborarint: quin imò verissimum esse, Serenissimi Principis Electoris Moguntini Legatos, imprimis verò suae Eminentiae Cancellarium ad expeditionem eò usque progredi voluisse, donec tam voti Coloniensis, quàm Bavarici & hic utriusque certus esset. Datum Viennae Austriae in Aula Abbatiae Sanctae Crucis 10. Mensis Aprilis 1642.

Ita in fide Sacerdotali attestor: *F. Petrus VVilhelmus* Abbas in Rittershausen & EuseruthalSS Theol. Doctor. S. Cistertiensis Ordinis per universum Romanum Imperium Commissarius: & per utrumq; Saxoniae circulum Vicarius Generalis.

Aliter se purgavit Deputatus Coloniensis, prout supra in literis Serenissimi Principis Coloniensis ad Serenissimum Fratrem suum D. Maximilianum Electorem Bavariæ Ducem videre est. De quo deposuit & Prior in Rebdorf. Vid. supr.

Aliter se purgavit Electoris Bavari Legatus, ut ex ejusdem patet literis.

Literæ Illustrissimi Domini Comitis à T. ad Serenissimum Principem Bavarum datæ, in quibus sese purgat, ac sub- & obreptionem d. commendatitiarum seu Intercessionalium ad suam Sanctitatem nomine Legatorum Principum Electorum in Comitijs Ratisponensibus expeditarum declarat, sub manu & attestatione Archangeli Baroni Notarij Romani & Apostolici.

SERENISSIME DVX, ELECTOR CLEMENTISSIME.

EX Serenitatis Vestræ Clementissimo decreto sub dato 14. hujus mensis, summa cum reverentia intellexi ejusdem justissimam voluntatem ac mandatum, quo jussus sum rationem scripto reddere, cur consenserim in expeditionem prætensarum intercessionalium ad S. D. N. in causa Religiosorum ordinis S. Benedicti & aliorum antiquorum Ordinum pro recuperatione quorundam Monasteriorum, & quid insuper causa sit, quod hac de re cum Serenitatis Vestræ alijs Deputatis prius non contulerim. Isti Serenitatis Vestræ decreto ac jussioni, ut morem obedientissimè geram, rem prout gesta est, paucis & humillimè explicabo. Die 13. Octobris, postquam S. C. Majestas jam navem abitura conscenderat, contuli me valedicendi causa ad Reverendissimum & Illustrissimum Episcopum Ratisbonensem, illic interrogatus, verumne esset, quod PP. Benedictini apud Electorale Collegium institissent, pro obtinenda Intercessione ad S. D. N. in eum finem, ut ipsis more aliorum ordinum deinceps liceat subesse uni Generali: Respondi, nihil me istiusmodi scire aut audivisse. Nec plura tunc hac de re aut similia dicta sunt. Postmodum die 15. Octobris paulo ante nostrum discessum cum jam essemus in procinctu, Moguntinus Cancellista (quemadmodum videre est ex Hegneri relatione) mihi adfuit & petijt, ut sigillum meum, quo tam Recessus Imperiales, quàm Intercessionales quadam ad S. D. N. signari possent, hic relinquerem. Ego discursus die 13. Octobris apud Episcopum Ratisbonensem non immemor, credebam ipsum agere de petenda à S. D. N. Generali, qui praeesset imposterum PP. Benedictinis. Quia verò optima fide & ex sincero animi mei candore mihi persuasi, Serenitati Vestræ id non fore ingratum, sed eandem, si præsertim DD. Moguntinus & Coloniensis Electores id ante probassent, facilè passuram, ut Benedictini sub unius Generalis

Generalis regimine vivere liceret, prabui assensum, ut in eum & non in alium finem expediretur aliqua intercessio. Non adhibui autem alios Serenitatis Vestra Deputatos in consilium, eò quod aberant, seque singuli ad discessum parabant. De alia verò intercessione, qua dictorum Monasteriorum restitutionem concerneret, ne cogitavi quidem, nec cogitare potui. Neque enim mecum privatim ea de re fuerat unquam actum, nec de ea re quicquam collegialiter in commune propositum, tractatum, aut in deliberationem adductum, nihil quicquam unquam conclusum aut constitutum, non fuerat quoque, prout moris est, & Stylus usque requirit, subreptitia istius intercessionis conceptus sive forma ad revidendum mecum communicata.

Ex his clementissimè colligit Serenitas Vestra, qua fraude fuerim circumventus & inductus, ut viderer in expeditionem pratensarum istarum intercessionalium pro Monasteriis consentire; cum tamen reipsa planè non consenserim, idque esset omnino à mea mente & cognitione alienum. Quibus clementissimè Benignitati Serenitatis Vestra me demississimè commendo. Monachij die vigesima Martij 1642.

Serenitatis vestra devotissimus.
W. T. C. à T.

A tergo. Serenissimo Principi ac Domino Domino Maximiliano Comiti Palatino Rheni, utriusque Bavariæ Duci S.R.I. Archidapifero & Electori Principi ac Domino meo clementissimo.

P*Ræsens Copia extracta fuit ex suo proprio Originali, in actis exhibito, cum quo collationata concordat Salva. In quorum fidem hic me subscripsi, meque Solito Signo Signavi. Romæ hac die XV. Septembr. 1642. Ita est. Archangelus Baronus Sacri Palatij Apostolici causarum Notarius in fidem. Hac illi.*

L. S. N.

Aliter R.D. Gabriel Reeb Prior in Reebdorff Augustinianorum Regularium rem eã retulit, prout ex Reverendissimi & Illustrissimi Domini Marquardi Episcopi Ajchstadensis ad Reverendissimum & Illustrissimum D. Henricum Episcopum Augustanum 11. Febr. 1642. datis videre licet.

Ex hisce colligere est. 1. quòd D. Petrus Wilhelmus Abbas in Euserthal (quem inquieti capitis esse ait Prior in Rebdorff) memoriale concepèrit, ac reliquos interque ipsum Priorem in Rebdorff ad subscribendum induxerit, quod alioqui ægrè fuisset subscripturus. 2. quod commendatitias ad Pontificem non omnium S. R. I. Statuum Catholicorum, sed solorum Principum Electorum Catholicorum Deputati, neque ij omnes conceperint, & quidem inscijs & inconsultis suis Dominis Principalibus, quibus in reddenda ratione variè sese purgare conati sint. 3. quod eæ commendatitiæ non non eo modo, quo F. Romanus eas recitat, & Principi

Electori Moguntino, per P. Biberum missa fuerant, sed prout ego rubricatas intercessionales generatim conceptas accepi, in ijsdem, quæ societatem attingunt, expunctis, prout D. Vice-Cancellarius Regenspurger easdem describit.

4. Quod hisce commendatitijs literis & S.C. Majestas, Principes Electores Deputatorum istorum Principales alijque S.R.I. Principes Solenniter contradixerint: ut mirum sit, qua audacia F. Romanus abolitas ejusmodi literas in conspectum S. R. I. producere audeat, & non potius lacerare studeat.

SECT. III.

De protestationibus contra gesta quadam in Hungaria.

HAud dissimili ratione prius in Hungaria contra nostros processum est. Istic enim Heterodoxi omnibus viribus laborarunt, ut quæ Societati essent bona immobilia, revocarentur, ita non attento, quod Societas in pacifica bonorum suorum possessione per annos penè viginti fuisset, tandem tempore tumultus Bochkajani, inter articulos pacis Viennæ Anno 1606. conditos, contra jus & fas omne adversus Societatem, scriptus est hic in numero octavus articulus. „ Hungari non consentiunt, quod Iesuitæ in Regno Hungariæ, jura stabilia & possessionaria habeant: Sua tamen Majestas juribus suis inhæret. Quoad clausulas donationalium, fiant donationes juxta decreta Regni & more antiquitus statuto. Qui articulus biennio post, nimi: 1608. in hæc verba iteratus est. Ad octavum hic quoque articulus de Iesuitis, in vigore suo permanet, nimirum, ut ipsi nulla in Regno Hungariæ Bona stabilia, & possessionaria habere & possidere valeant. Verum huic articulo & ipsa Sacra C. & R. Majestas contradixit, ut arguit particula Tamen, in d. articulo ad Regem posita, quæ est adversativa per *l. cum hic status §. divortium vers. tamen ff. de donat. inter vir. & ux* notatque diversitatem juris & facti, ut not. *in l. si quis ex argento §. finitium. ff. de edend.* Alber. *in dictionar ver. Tamen.* Et ipsimet status Catholici interposita protestatione contradixerunt, adeoque ipse articulus ab hæreticis Societatis inimicis & hostibus extra Regni Hungarici Comitia, non consentientibus Rege & statibus Catholicis Regni sub Matthia solum Archiduce, conceptus & formatus, est ipso jure nullus, quod extra locum consuetum, nec interveniente majore ac Saniore Regni-colarum consensu, contra *l. quod major. ff. ad municip.* & ibi Dd. not. nec accedente Regis approbatione, sed solum ab hostibus & inimicis Societatis formatus fuerit: Status enim Catholici anno 1608 coram venerabili Capitulo Posoniensi contra protestati sunt, prout ipsum docet præfati Capituli documentum, quod ita se habet.

Nos Capitulum Ecclesiæ Posoniensis memoriæ commendamus per præsentes, quibus

quibus expedit universis Quod Illustrissimi & Reverendissimi Domini, Franciscus Forgach de Ghymes, presbyter Cardinalis Sancti Romanæ Ecclesiæ, Archiepiscopus Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis, locique ejusdem Comes perpetuus, Demetrius Napraghy, Archiepiscopus Colocensis & Bachiensis, Ecclesiarum Canonicè unitarum Administrator, Episcopus Ecclesiæ Iauriensis, locorumque eorundem Comes perpetuus. Frater Simon Bratulich Zagrabiensis, Prior generalis Fratrum Ordinis Beati Pauli primi Eremitæ: Nicolaus Miliatius Varadiensis, & Franciscus Ergelius Electus quinque Ecclesiensis, Ecclesiarum Episcopi, & Consiliarii Regiæ Majestatis. Item Admodum Reverendi & Venerabiles, Ioannes Thelegdinus, Major, Strigoniensis, Matthias Herovitius Albæ Regalis, Ladislaus Maythiny de Koszolok.o, utriusque Budensis Præpositi: Georgius Himelreich Archi-Abbas Sancti Martini, sacri Montis Pannoniæ, Paulus Ruber Saghiensis, & Sancti Thomæ; Ioannes Piber, Sacratissimæ Trinitatis de Superioribus calidis aquis vulgò Folhevizensis. Præpositi & Canonici dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis: Ladislaus Habardi Conventus Sanctæ Crucis de Lelesz Præpositus, Cantor; Andreas Hoginus Præpositus minor Beatæ Mariæ Virginis; Canonici Agrienses: Georgius Ottaucius Archidiàconus Cathedralis, & Nicolaus Iotkoczi; Canonici Zagrabienses: Ladislaus Hoszutoti Præpositus; Andreas Andahazi Prolector, Blasius Siculus, Canonici Scepusienses, Ioannes Iuancz, Præpositus Major, Ioannes Altabak, Sancti Adalberti Præpositus, & Canonici Iaurienses: Paulus David, Lector, & Canonicus Ecclesiæ Nitriensis: Stephanus Chemethey, Præpositus Castriferrei; Andreas Karol. aliter Vasuari, Præpositus Major Vesprimiensis; Petrus Kalli Præpositus conventus S. Michaelis de Chorna, & Thomas Troley Abbas Pilisiensis: Nostram personaliter veniendo in præsentiam, per modum solennis protestationis, contradictionis, & Reclamationis, imprimis causâ liberæ Religionis, & in fine ejusdem Articuli, de superintendentibus, contra antiquas constitutiones & libertates Archidiaconorum. Item septimi Articuli constitutionis Hungaricæ Tractatus Viennensis, de sede Spirituali; Quæcunque Quæstiones, contra prærogativam, libertatem, Leges & Articulos decreti, usu continuantes concernerent. Sic etiam de sexto Articulo, quo authoritati Dominorum Prælatorum non possessionatorum, vel Residentiâ carentium, derogaretur; vel Comitum officio adversaretur.

Sic quoque, DE OCTAVO DE PATRIBVS IESVITIS, Item quia ipsi Domini Barones & Regnicolæ de medietate decimarum Colonorum Turcico jugo subjectorum (ut quemadmodum medietatem Dicæ persolvere tenentur) sic & medietatem decimæ, non autem totam. Item quod contra antiquos Articulos Ferdinandi Imperatoris, in decreto Sopron ensis Anni millesimi, quintesimi, quinquagesimi tertii, Articulo octavo, & aliorum, Decimas ipsis Ecclesiasticis personis non secus divendere liceat, quam ante annos quinquaginta. Et si qui alii in tractatione ista moderna, Statum Ecclesiasticum ac libertates, prærogativas, & consuetudines ejusdem, longo usu observatas, ab ipsis Dominis Regnicolis, prioribus statutis ac decretis, contrarii statuerentur; vel per Regiam Majestatem confirmarentur,

rentur, protestando contradixissent & reclamassent, imo contradixerunt & reclamaverunt coram Nobis, publicè, ferio, & solenniter, ad Superiores Appellationem petendo. Nam contra juramentum eorum, super non dilapidatione Bonorum & proventuum Ecclesiarum, præstitum, contraque Sanctorum Canonum constitutiones, à priscis temporibus semper observatas, nulla ratione se in alias constitutiones, prioribus prærogantes consentire posse, idem Status, apertè confirmat, Harum nostrarum vigore & testimonio literarum confirmante. Datum feria sexta proxima post Festum Sanctæ Elisabethæ Viduæ. Anno Domini millesimo, sexcentesimo octavo.

Hactenus protestatio Statuum Catholicorum, qua tamen non attenta, hæreticis urgentibus Societati nostræ in uno alterove loco interversa est possessio naturalis; Civilis verò animo retenta, qua mediante naturalis etiam tandem recuperata est. Præterea hæretici non solum nos possessione bonorum stabilium, sed & ipsa Hungariâ totâ excludere, atque in exilium relegare laborarunt. Ita hæresis velut cancer serpit, saniores que partes invadit, carpit, &c.

2. Tim. 2. 17. Qua de causa P. Petrus Pazmany Societatis nostræ presbyter ac Theologus, postea verò Archiepiscopus Strigoniensis, ac demum S.R.E. Cardinalis Eminentissimus, Amplissimis Statibus & Ordinibus inclyti Regni Hungariæ, ejusmodi memoriale exhibuit.

Dignam Sapientia, dignam æquitate Vestra rem facitis, Proceres Inclyti: quod tametsi quorundam importunis accusationibus, fama existimatioque nostra proscindatur, nihil tamen durius statuere de causa nostra velitis, antequam (quod jure ac more gentium fieri solet) alteram nobis aurem integram concedatis: Quanta igitur maximâ brevitate potero, demonstrabo, salvis patriæ libertatibus ac legibus, salvâ conscientia, salvâ anima, salvis denique Viennensibus Articulis, acquiescere vos non posse eorum clamoribus, qui nos Hungaria proscriptos, gravissimâ turpitudinis maculâ inurere satagunt. Hoc si ostendero, causam obtinuisse mihi videbor, gravi siquidem contumeliâ, vos omnes à me affici arbitrarer, si longâ persuasione, aut precibus, id apud vos contenderem, ut quod jus ac fas, quod humana ac divina jura postulant, in causa nostra faciatis: dubitare enim, si id agerem, de integritate, æquitateque vestra, videri possem.

Principio igitur, indictâ causâ, nullius criminis accusatum, nedum convictum damnare, dulcissimaque patriæ focis ac penatibus interdicere, summa cum infamia proscribere, quam præposterum, quam ab Hungaria, imò ab illis ipsis naturæ legibus, quas Gentibus etiam immanitate barbaris impressas videmus, alienum sit, nemo vestrum non videt. Nam quantam hujusmodi iniquitas, Divini judicii ultionem, meritò reformidare possit, præsertim si non ab unius cujuspiam privati judicis cupiditate, sed à totius Communitatis consensione proficiscatur, nihil attinet dicere.

Cum igitur nullius nos criminis convincere, sed quid dico convincere, imò nec accusare quidem hactenus quisquam tentaverit, qua tandem ratione patiemini, in nostra sola causa, omnium legum ac jurium ordinem inverti? En adsumus, si quis

quis est, qui ullius nos criminis reos accusare audeat, non defugimus judicium: Conscii enim nobis sumus, nihil à quoquam in nobis inveniri posse, quo exilium promereamur. Jactant fortasse inter symposia quædam de nobis odiosa (de quo enim bono, hæc talia non jactant) sed ubi ad probationes deventum fuerit, tunc intelligetis, somnia mera esse, quæ jactant.

Nec solum in Hungaria, sed in ipsa etiam Transylvania, adeo versati sumus inculpatè, ut tametsi Bochkajanis temporibus illinc pulsi simus, tamen Princeps ipse Transylvaniæ (& is quidem Evangelicus) ne favorem suspicemini, sigillo ac syngrapha consignatum testimonium dedit, cujus ipsum autographum apud me conservatum, cum vobis libuerit, producam, in quo his ipsis verbis testimonium dat innocentiæ nostræ. Testificamur eosdem Patres Societatis Jesu, ut bonos & morum integritate graves viros, ex suis Collegiis bonisque, non ob ullum delictum, aut notæ alicujus vitium, verum ad instantiam Romanæ, & Catholicæ fidei contrariam opinionem sequentium esse deturbatos. Hactenus Principis verba. Si igitur vel publicis malefactoribus, ex legibus omnium Gentium concessa est æquitas, ut nisi convicti puniri nequeant, quanto magis nostræ hanc Innocentiæ sperare à vobis gratiam, nobis licebit.

Secundo. Esto (quod falsum est) verum esse concedamus, Jesuitam unum atq; alterum, & si placet, etiam tertium, tale aliquid perpetrasse fateamur, ob quod Regno pelli ipsos fas & æquum videri posset. quæ tamen hæc justitia foret, totum Ordinem Regno Hungariæ incorporatum, post tot annorum pacificam Bonorum ac immunitatum possessionem, stationisq; in publicis Regni Comitiis occupationem, ob unius alteriusve facinus excludere? si centum aut eo plures Nobiles, scelere se quopiam adstringant, si cives aliquod flagitium patrent, num ideo Nobilitas omnis exscindenda, civitas tota subruenda.

Tertiò. Plurimi inter Jesuitas sunt, qui sanguinem & à Baronibus & à Nobilibus ducunt, & ut de me hoc loco dicam, & literis & possessione bonorum docere possum, trecentis ab hinc & eò amplius annis, Majores meos Nobiles fuisse, plurimum pro Hungaria defensione sanguinem fudisse: Cum igitur leges Hungariæ, eam Nobilitatis prærogativam concedant, ut nec Reg. Majestas nec Regnum ipsum proscribere quenquam possit, nisi accusatum & convictum, qua fronte petere quis audeat, ut contra libertates patriæ, nos Hungariâ excludamur.

De ceteris non habeo quod dicam: de me illud liberè profiteor, huic me Hungaricæ libertatis privilegio innixum, coram Deo, coram Regia Majestate, coram inclyto Regno Hungariæ, coram orbe universo protestari, nolle me, vel latum unguem hac in re, à juribus Nobilitatis recedere, nec vivum me, nisi legitimè accusatum ac convictum, Ungaria excessurum.

Quarto. Illi ipsi Viennenses Articuli, quos urgeri ab Adversariis video, adeo nihil patrocinantur, ut valdè etiam Innocentiam nostram protegant ac tueantur.

Primò,

Primò; quia in Articulo primo habetur, ut omnibus Statibus, liberum Religionis ipsorum Exercitium absque ulla turbatione concedatur : Hic jam ab Accusatoribus sciscitari libet, Regia Majestas ediceret, exempli causa, ut omnes Ludimoderatores ac Prædicantes Lutherani, qui aliunde acciti, nativi Hungari non sunt, Regno pellerentur, annon his prædictæ libertatis præjudicium creari censeret, ut Accusatores nostri, cælumque terra miscerent, ac clamoribus, querelis, conviciis aërem ipsum, quem trahimus, onerarent. Age igitur, Catholicos omnes adeamus, sciscitemur, turbarine se, in sua Religionis negotiis arbitrentur, si Iesuitas ejectos Hungaria videant? quorum opera in erudiendis liberis, ac nepotibus suis utuntur in Hungaria? maximis alias impendiis aliorsum eos amandaturi? quos etiam una cum cæteris Venerabilibus Ecclesiæ Catholicæ sacerdotibus, Religionis Catholicæ tuendæ ac ornandæ destinarunt, quid si hac tam indignâ Iesuitarum proscriptione, gravari se Catholici fateantur, consequens profectò est ut à quibus Iesuitarum proscriptio urgetur, id ab illis agatur, ut prior ille Viennensis Articulus, incumbat in spongiam, æternumque obliteratus intercidat.

Secundo, eodem ipso priori Articulo Viennensi habetur, Templa, Ecclesiasque Catholicorum per hæc disturbia occupata, eisdem rursus reddenda esse. Si eidem restitui debent, ergo Sellienſe, Thurocienſe, aliorumque locorum templa, adempta Iesuitis per hæc intestina dissidia, eidem rursus reddenda sunt; & qui eidem reddi vetat, id agit, ut primus ille Articulus Viennensis valido ictu concussus ruat.

Tertio. In sexto Articulo sic habetur: Præpositura tamen & Abbatiæ maneant in suo Statu, & fundatione. Quod si ita maneant, cui dubium esse potest, præposituram Thurocziensem Iesuitis cedere debere? Si enim alius quispiam illam occupet, in suo, quo ante fuit, Statu ac fundatione non manebit: Siquidem Sacratissimi Imperatoris ac Regis Hungariæ fundatio habet, ut Iesuitæ præposituram illam obtineant. Et hic igitur replico, eum, qui Jesuitas pellendos Regno censet, Viennenses Articulos evanidos fieri debere, contendere. Nec existimare possum, quicquam aliud iis sexti Articuli verbis, voluisse Status, quam ut præpositura & Abbatia in eodem Statu maneant, in quo fuere ante Bochkajanos motus: si enim id agerent, ut iisdem Ordinibus Religiosis, præpositura Abbatiæque attribuerentur, quibus prima fundatione attributa sunt, & Benedictini & Præmonstratenses, & aliorum Ordinum Monachi quam plurimi revocandi essent, adimendaque complura Bona Ecclesiastica Baronibus sæcularibus, ut ad primæ institutionis formam revocarentur. Denique Sanctus Benedictus venerabili Capitulo Strigoniensi adimendus, & alia plurima Beneficia immutanda forent. Deinde qua ratione præpositura Thurocziensis à Bela I. fundata, Religiosæ familiæ primum attributa fuit, postea verò, nemine reclamante Reges Hungariæ Prælatis sæcularibus, eandem contulere, ita par prorsus auctoritas penes coronam Regiam fuit, ut rursus præposituram illam, Religiosæ familiæ conferret.

Quarto. In octavo Articulo Viennensi, ita Regia Majestas sua, postulato Regnicolarum quorundam (neque enim hoc est totius Hungariæ votum) de ejectione Iesuita-

Iesuitarum respondet, V se suis Regiis juribus inhærere dicat, nec quod semel placuit, displicere posse, tacitus profiteatur, cui & nos ita innitimur, ut suæ Majestatis Donationem semel factam, irritam fieri, nullâ ratione consentiamus. Sed ne abuti patientia Vestra videar, inclyti Ordines, si diutius tam liquidæ, tam justæ causæ patrocinium persequar, illud solum à vobis peto, ut cognitâ æquitate petitionis nostræ, non solum votis exilia nostra anhelantium non acquiescatis, verùm etiam cognitam Innocentiam nostram testari velitis, Articuloque conscripto nostræ innocentiæ patrocinemini. Cujus Vestræ æquitatis mercedem ab illo justitiæ summo præside Deo expectetis. De nobis verò omnia illa polliceri vobis poteritis, quæ de patriæ amantissimis civibus fas est polliceri.

Illustrissimarum, Reverendissimarum Dominationum Vestrarum
Humillimus servus
Petrus Pazmany Societatis Jesu SS. Theologiæ Doctor.

Status ac ordines Catholici Hungariæ hoc memoriali moti Regi mox in causa Patrum Societatis Jesu ita supplicarunt.

Status Hungariæ supplicant pro Societate.

SAcratissima Regia Majestas, Domine Domine clementissime, post humillimam obsequiorum nostrorum oblationem. Multis jam annis Patres Societatis Iesu ita in Regno Hungariæ versati sunt, ut & docendo in scholis, & in templis concionando rem catholicam diligenter, nec sine fructu promoverint: Et quamvis Catholicorum benevolentiam hæc res mereatur, aliena tamen Religionis homines vehementer in ipsos concitavit, qui id nunc moliuntur, ut eosdem Patres, Bonis exutos, Regno etiam, si poterunt, excludant. Et nuper initium huic consilio dederunt: Nam cum dicti Patres freti Regiæ Serenitatis Vestræ literis, more ante consueto, locum conventui Regnicolarum destinatum accessissent, nec petitis suffragiis, nec consultis Magnatibus, imò nec præsente quidem media parte Regnicolarum, pauci quidam privata auctoritate, minis & vi intentatâ cum summa ignominia ipsos excluserunt.

Committere igitur noluimus, ut in eorundem Patrum defensione, defuisse officio nostro videremur, atque ideo Regiæ Serenitati Vestræ, quæ nobis hac in parte fiant gravamina, humillimè suggerenda censuimus.

Primo igitur & leges Hungariæ & undecimus Articulus Viennensis pacificationis clamant, neminem nisi accusatum & convictum à Regia Majestate vel Regno puniri, Bonorumque possessione deturbari posse: Cum igitur dicti Patres nec accusati nec convicti fuerint, nec quicquam vel publicè in Regnum, vel privatim in quenquam deliquerint, communis justitia exigit, ne ulla afficiantur injuria. Præsertim quia ex communi cum Ecclesiasticis omnibus titulo, & multi è Iesuitis, Nobilium parentum Hungarorum origine, communi cum cæteris Regni Nobilibus jure potiantur: Et præterea etiamsi (quod ita non est) unus quispiam vel alter

offendiſſent, nulla tamen juſtitia dictaret, totum idcirco Ordinem exturbari: nam nec ob unius Nobilis aut civis delictum, tota Nobilitas aut civitas punitur.

Secundo, in priori Articulo Viennenſis pacificationis cautum eſt, ne Nos Catholicos turbari, aut impediri ſinat Regia Serenitas Veſtra in Religione ac confeſſione Noſtra: Nos verò vehementer turbari nos judicamus, ſi Ieſuitis, ea quam ante habebant, liberorum Amicorumque noſtrorum erudiendorum facultas precludatur. Nam & liberos & amicos noſtros, magnis expenſis extra Regnum mittere cogemur, ſtudiorum gratia, & ſacerdotes parochiis præficiendos, vix aut ne vix quidem habere poterimus, niſi ex ipſorum inſtitutione. Vt igitur turbari ſe aliena Religionis homines cenſerent, ſi Schola ipſorum diſſolverentur, Magiſtri proſcriberentur, ita imò magis, turbari nos exiſtimamus, ſi Ieſuitæ Regno excludantur, quorum diſciplinæ liberos & amicos noſtros, etiam extra Hungariam, cum ſummo incommodo committere debemus. Cum igitur juxta Decreta Anni 1550. Art. 9. & Anni 1543. art. 12. E BONIS CONVENTVVM DESOLATORVM, SCHOLÆ ERIGI DEBVERINT, poſtquam Monachi Pramonſtratenſes, quorum erat ThurocZienſis prapoſitura, deſolatam illam reliquerunt, meritò A REGIA MAIESTATE SCHOLIS EST APPLICATA, poſtquam brevi tempore Pralatis eam prapoſituram utendam reliquiſſet.

Tertio. In eodem priori Articulo concluſum ſemel eſt, ut quæ ſuperiorum diſturbiorum tempore utrinq; occupata fuere, rurſus eisdem reſtituantur; Quod violare nituntur, qui Ieſuitas ſpoliandos contendunt.

Quarto. In octavo Articulo itidem Majeſtates Veſtra, in cauſa Ieſuitarum jus ſuum Regium illæſum ſervari voluerunt, nec quod ſemel placuit, diſplicere poſſe haud obſcurè ſignificarunt. Et Art. 6. Prapoſituras in ſuo ſtatu & fundationa manere jubent.

Quinto. Vt multa paucis complectamur. Cum ipſi Adverſarii Ieſuitarum advertant, nihil in Ieſuitis inveniri poſſe, ob quod jure Regni ſpoliari ac excludi poſſint, id ſolum obiiciunt, prapoſituram illam, quam poſſederunt, ex ſua fundatione Pralatis, non Religioſis Ordinibus fundatam, atque ita etiamnum manere debere. Deinde verò Ieſuitas non ita pridem in Hungariam penetraſſe, quibus antea Regnum caruerit. Verum hæc quam invalida ſint, non dubitamus, Majeſtatem Veſtram intelligere.

Principiò enim prapoſitura illa, ex prima ſua fundatione à Bela Rege facta, Religioſis Præmonſtratenſibus attributa fuit, & ii tamdiu poſſederunt, donec multò poſt cladem Mohachienſem Pralatis aliis conferri capit. Si igitur Regia Majeſtati licuit, prima ejus prapoſitura fundatione, Religioſam familiam in Hungaria collocare, & poſtmodum titulo juris patronatus, licuit eandem ab ordine illo, in cateros Pralatos transferre, cur non licuerit rurſum familiam Religioſam illic collocare? Præſertim cum nullis legibus titulus ille juris patronatus Regius coarctatus fuerit, quo minus id poſſet; imò DEFICIENTIBVS PRÆMONSTRATENSIBVS, juxta Decreta Regni Anni 1550. Art. 19. Anni 1548. art. 12. SCHOLIS ERI-

ERIGENDIS PRÆPOSITURA ILLA APPLICARI DEBUERIT.

Deinde, si (ut adversæ Religionis homines non diffitentur) multa Beneficia Ecclesiastica, multa Monasteria, Præpositura, Abbatiæ olim Religiosis & Prælatis attributa, postmodum ad sæculares Dominos translata sunt, à quibus etiam nunc possidentur, nec tamen hic clamant contra primævam fundationem id fieri, sed in ea re libenter Regiæ Majestatis auctoritatem recognoscunt, cur non idem faciunt in causa Iesuitarum? Si multa Religiosorum Bona, utpote Benedictinorum & aliorum Capitulis attribuere licuit, non adeo multis abhinc annis, nemine reclamante, certè pari facultate, Donationem Regiam Iesuitis factam, validam esse oportebit.

Demum Quod non adeo pridem Iesuitæ in Hungariam acciti sint, nihil officit: nam & eorum, qui Iesuitas oppugnant, adeo noviter in Hungariam venit Religio, ut memoriam hominum etiamnum inventum non excedat: & nulla lege aut consuetudine obstante licitum fuit, & nunc licet Regiæ Majestati, cujusque Ordinis Catholicos sacerdotes advocare, & qualibet Religiosa familia, nova aliquando fuit in Hungaria, non ideo tamen excludenda. Possemus longè plura in hanc rem adferre, sed quia necessarium non existimamus, Regiam Serenitatem Vestram humillimè petimus, ut patrum Iesuitarum curam ac protectionem suscipiat, eosque in suis antiquis Bonis ac juribus conservet, ac ut juxta Regales Majestatis Vestræ literas, more antea consueto, locum suum inter Status ac Ordines retineant, clementer efficiat, pro qua clementia, Regia Serenitas Vestra & Deum justitiæ summum præsidem faventem habebit, & nos maximo gratitudinis vinculo Regiæ Serenitati Vestræ obnoxios reddet.

Clemens ac benignum responsum à Regia Serenitate Vestra expectamus.

Regiæ Serenitatis Vestræ,

Humillimi servi
Status & Ordines Catholicorum inclyti
Regni Hungariæ.

HÆc Status & Ordines Catholici in Hungaria pro Societate præclarissimè supplicando proposuerunt, quibus ipsi præcipua F. Romani argumenta confutarunt, aliisque Catholicis alibi constitutis egregio Exemplo præluxerunt, quomodo Societatem, *ubi vel anno 1624. Kal. Ian. fuit, vel etiam tempore pacis conclusæ deprehenditur*, non patiantur eam exturbari, vel curent exturbatam restitui, tum etiam si Societas jure proprio ex Instrumento pacis competente, non veniret publicè restituenda, saltem privatim alieno Catholicorum, quorum liberis erudiendis atque concionibus factis habendis vacaret, jure introduceretur, quod instrumento pacis omninò non adversatur, sed ipsi *art. 5. §. 12. vers. placuit porrò*, planè convenit, ita sane se Hungarorũ Catholicorũ egregios ostẽdent imitatores, qui charismata meliora æmulentur, largãq; à Deo expectent remũerationẽ. Tum etiã videbũt, quã ineptè quidã Religiosi ex *art. 5. §. 9. vers. omnia quoq; Monasteria* velint sibi restitui omnia Monasteria,

quondam suo Ordini fundata, non advertentes, quod eo sensu plures Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas Ecclesias, &c. velint sibi restitui, pluresque Archiepiscopos, Episcopos, Canonicos suis sedibus pelli, iisque Monachos substitui. Quæ, quanta foret in Ecclesia & Imperio confusio? uti rectissimè Status Hungarici in præmissa sua protestatione considerarunt. Ad quod absurdum evitandum, nequaquam istorum Monachorum sensus erit admittendus, sed omnino reiiciendus.

Quin etiam *Paulus Papa V.* pro Societate nostra ad Augustissimum *Matthiam* Imperatorem & Hungariæ Regem ita scripsit, ut ad Collegium Selliense, unde dejecta erat, restitueretur.

Paulus Papa Quintus.

CHarissime in Christo fili Noster, salutem, &c. Præteritis perturbationibus Regni Tui Hungariæ expulsi fuerunt quatuor abhinc annis, ut accepimus, ex Collegio Selliensi, à Felicis Recordationis Gregorio XIII. prædecessore nostro fundato, dilecti filii pii ac Religiosi viri sacerdotes Societatis Iesu, bonaque Collegii ab Illyes Hasio de facto occupata. Quanto autem cum Catholicæ Religionis detrimento id factum fuerit, omnibus notissimum est. Propterea valdè soliciti sumus, ut Collegium in pristinum restituatur, ideoque à Majestate tua, etiam atque etiam petimus, ut Collegium & ejus bona, quamprimum restitui mandes, quod tanto vehementius petimus, quanto magis certi sumus de tua pietate & Catholica Religionis Zelo. Deum quæsumus, ut te continua protectione custodiat, & Majestati tuæ, cum omni charitatis affectu benedicimus. Datum Romæ apud S. Petrum VIII. Nov. 1609. Pontificatus quinto.

Breve Pauli Papæ V.

Inscript. Regi Hungariæ.

CÆterum quod ad præposituram *Thurocziensem* attinet, Augustissimus Imperator & Rex Hungariæ cum Societatem nostram ob Acatholicorum potentiam & importunitatem ad præfatæ Præposituræ possessionem naturalem per se administrandam restituere non posset, atque etiam motus ulteriores adverteret, nostros quidem in possessionem restituit naturalem, ipsam verò Præposituram Eminentissimo D. Francisco S. R. E. Cardinali Forgach Archi-Episcopo Strigoniensi, qui *d tis 2. Maii 1613. Reversalibus* fructus inde perceptos & percipiendos Societati nostræ solutum iri, 26. *Maii ejusdem anni* 1613. commisit, ut Administratorio nomine eam teneret. Ita Societas nostra ad naturalem illius Præposituræ possessionem restituta est. Nam qui ad percipiendos rei antea habitæ fructus restituitur, ad ejusdem possessionem etiam naturalem restitui-

restituitur, Cum qui nomine suo percipit alicujus rei fructus, ejusdem dicatur habere possessionem, ut not. Post. *in summariis, possessor. obs. 23.* & ibi quam plurimi cit. Dd. *per l. Titia ff. de solut*, quorum sententia pluribus S. Rotæ Rom. decisionibus est confirmata. Vid. Post d. loc.

Defuncto Eminentissimo Cardinali Forgacho, ubi similiter administratorio nomine Eminentissimus D. Petrus Pazmany id temporis Archi Episcopus Strigoniensis, postea etiam S. R. E. Cardinalis eandem præposituram teneret, Augustissimus Imperator Ferdinandus II. Viennæ 24. Mensis Maij 1621. Suæ Eminentiæ Archiepiscopo Strigoniensi mandavit, ut memoratæ præposituræ administrationem actualem Collegio Tyrnaviensi Societatis nostræ restitueret: Ita enim rescripsit.

FERDINANDVS.

Reverendissime in Christo Pater, Fidelis, nobis sincerè Dilecte. Posteaquam quondam Sacratissima Cæsarea, Regiaque Majestas, Rudolphus Imperator & Rex Hungariæ patruelis & Prædecessor noster observandissimus piæ Record. pro pio & Zeloso affectu, quo erga Nationem quoque Hungaricam ferebatur; cupiens etiam pacis temporibus Regni Statum efflorescere, & Nationis famam eatenus quoque celebrem reddi, bonarum artium studia & disciplinarum Scholasticarum Exercitia, juventutis erudiendæ causa, erigenda esse constituerat. Ad quam quidem provinciam peragendam Religiosos viros, Patres Societatis Iesu, utpote quorum PECVLIARE HOC INSTITVTVM EST, adhibuerat, quorum labores ac in cultu divino & liberalibus disciplinis promovendis sollicitudinem atque diligentiam fructu non caruisse, palam est. Et quidem pro sustentatione eorum, quo instituto ipsorum tanto expeditius invigilare, incumbereque valerent, præposituram Thurocensem contulerat, in cujus quieta ac pacifica possessione compluribus annis permanserunt, donec superioribus annis in disturbiis Bochkajanis, per factiosos, ipsâ præpositurâ & Bonis ad eam pertinentibus, exuerentur, legeque statuta cavissent, ne Societas præfata bona stabilia, in Hungaria (prout in Viennensibus constitutionibus exstat) haberet. Ne tamen per hujusmodi constitutiones ea in parte præjudicium præfatis Religiosis Patribus fieri annueret, eadem sua Majestas, juribus suis nihilominus sese insistere declaraverat. Nos proinde antiquis Prædecessorum nostrorum fundationibus & concessionibus nihil derogari permittentes, cum & ALIOQVIN BONA DESOLATORVM MONASTERIORVM AD VSVS ERIGENDARVM SCHOLARVM EX CONSTITVTIONIBVS REGNI REGIBVS CONVERTERE INTEGRVM SIT, eandem fundationem tanquam legitimam, salvam, integram, & suis juribus restitutam esse volentes, etiam apprehensioni, usui & possessioni præfatæ præposituræ & universorum bonorum ad eam spectantium præfatæ Societati, licentiam & facultatem fecimus. Quoniam autem eadem præpositura, *Rescriptum Regium pro Societate.*

 hactenus

hactenus præ manibus fidelitatis Vestræ, ex annuentia & concessione quondam Matthiæ Romanorum itidem Imperatoris & Regis Hungariæ, prædecessoris Nostri immediatè habeatur, benignè vos requisitos & monitos esse volumus, ut cum dictam Præposituram ad Residentiam Tyrnaviensem reverti debere, benignè ordinaverimus, & simul juribus suis restitutam velimus, prædictam præposituram è manibus vestris emittere, ac manibus Commissariorum nostrorum specialium, quibus id commisimus, pleno cum jure tradere & consignare velitis ac debeatis. Benigna ac omnimoda voluntati nostræ eatenus satisfacturi. Cui in reliquo, gratia & clementia nostra Cæsarea & Regia benignè propensi manemus. Datum in civitate nostra Vienna die 24. Mensis Maij. 1621

At cum propter recrudescentes illius temporis motus Bethlemiticos mandatum Cæsareum executioni dari non posset, ita Eminentissimo D. Pazmany Archi-Episcopo Strigoniensi ipsa præpositura Thuroczensis administratorio nomine tenenda relicta fuit, usquedum defunctâ sua Eminentiâ Reverendissimus & Illustrissimus suæ Eminentiæ Successor D. Georgius Lippay Archi-Episcopus Strigoniensis, Episcopus Agriensis & Regiæ Majestatis per Hungariæ Regnum Aulæ Cancellarius fortissimè ageret, ut illius administratio actualis Societati nostræ restitueretur. Vnde Augustissimus Imperator Ferdinandus III. Rex Hungariæ die 1. Maij Anno 1637. pro Societate ita rescripsit.

NOS FERDINANDVS TERTIUS &c.

Memoriæ commendamus tenore præsentium, significantes, quibus expedit universis.

Quod cum Superiorum temporum & annorum decursibus, obortis passim in Christianitate, potissimum in hoc Regno Hungariæ, opinionum circa Religionem perturbationibus & erroribus, è quibus inter alia incommoda, illud quoque non postremum emersit, ut SOCIETAS IESV, *quæ* IN VNIVERSA ECCLESIA DEI, TANTA PIETATIS, DOCTRINÆ, SANCTITATIS RELIGIOSÆ LAVDE ET GLORIA ELVCET, FRVCTVSQVE AMPLISSIMOS TVM IN EXSTIRPANDIS ERRORIBVS ET HÆRESIBVS, TVM IN INSTITVENDA ET AD OMNEM CHRISTIANAM PIETATEM EFFORMANDA IVVENTVTE TOTO ORBE PRODVCERE *dignoscitur, etiam absque alio juris processu à possessione Bonorum Stabilium, signanter autem præpositura Thuroczensis, suspendi & privari, temporum incommoditate ita ferente debuerit: quam nihilominus Societati factam incommoditatem, ita gloriosæ Reminiscentiæ prædecessores Nostri, pro sua erga Deum pietate, Societatemque inclinatione,*

semper

ſemper temperatam voluerunt, ut Donationes ejuſdem Præpoſituræ, applicationesque ab iisdem prædeceſſoribus Noſtris Societati datas & conceſſas, revocatas & extinctas, aut caſſatas nullatenus vellent; quin potius, tametſi in poſſeſſione actuali præpoſituræ conſervare Societatem non poſſent, ejus tamen fructibus & emolumentis carere, non ſunt paſſi; Sed & iis, quibus medio tempore dictam præpoſituram conferre oportuit, eo pacto collatam fuiſſe, ut Societati ſua jura ſervarentur integra, fructusque præpoſituræ pro rata, uſibus ejusdem Societatis adminiſtrarentur. Cum itaque eandem Societatem per donationes & collationes, conſenſusque Regios, annuentiam inſuper & confirmationem dictæ Præpoſituræ Thuroczienſis, à Sede Apoſtolica obtentam, poſſediſſe, in ejusque pacifica poſſeſſione compluribus annis perſtitiſſe, neque niſi eorum temporum ratione ſic ferente, modo ſupra fato, ab eorum quidem actuali adminiſtratione ſuſpenſam, jure nihilominus & fructibus ejuſdem gaviſam fuiſſe, in recognitionem juris & poſſeſſionis ejuſdem animadvertimus. Exigente id à Majeſtate noſtra, Juſtitia imprimis ratione, deinde etiam ſingulari Noſtra clementia & propenſione erga prædictam Societatem, quam in omnibus PIETATIS STVDIIS, IN RELIGIONE CATHOLICA, IMBVENDISQVE FIDE ET VIRTVTIBVS CHRISTIANIS POPVLVM ANIMIS CVMVLATISSIMOSQVE VBIQVE FRVCTVS PRODVCERE CONSPICIMVS, ſublatis etiam Dei beneficio, temporum difficultatibus, quibus Societas prædicta præpoſituræ actuali & integro uſu gaudere & prohibita fuit; eidem Societati ſæpedictam Præpoſituram Thurocienſem conventus Beatiſſimæ Virginis de Thuroci, in Comitatu Thurocienſi exiſtentem, hactenus præ manibus fidelis Noſtri, quondam Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini Petri S. R. E. Cardinalis Pazmany Archiepiſcopi Strigonienſis &c. habitam, ab eoque tentam & poſſeſſam, quamve olim Rudolphus Imperator, & Rex Felicis Reminiſcentiæ in anno adhuc milleſimo, Quingenteſimo, octuageſimo ſexto per mortem & deceſſum, Reverendi quondam Stephani Radetij Epiſcopi Agrienſis &c. pro tunc ejuſdem præpoſituræ, ultimi, veri & Legitimi poſſeſſoris, de jure & facto vacantem authoritate Iuris patronatus Noſtri Regij, quo in omnibus prædicti Regni Noſtri Hungariæ Eccleſijs, more Divorum quondam Hungariæ Regum, Prædeceſſorum noſtrorum bonæ memoriæ, optimo jure utuntur, ſimul cum omnibus ejuſdẽ præpoſituræ Bonis temporalibus, utpote totalib. Caſtro Znio, nec non oppidis, villis, Telonijs, poſſeſſionibus, prædijs, Curiis portionibus & quibuslibet juribus poſſeſſiõariis, tam in dicto Thurocienſi, quã verò in alijs quibuſcunq; ejuſdẽ Regni Comitatibus, exiſtentibus & habitis, ad eandem præpoſituram Thurocienſem, de jure & ab antiquo ſpectantibus, & pertinere debentibus, modis & conditionibus in prædictis literis Rudolphi Imperatoris & Regis ſpecificatis; ſignanter autem, quæ de conventu Thurocienſi & Alumnorum intertentione expreſſa habentur, conceſſiſſe & dediſſe donaſſeque & contuliſſe dinoſcebatur.

Nos

Nos quoque post decessum præmemorati Cardinalis Pazmany, hactenus possidentis, in forma per antedictum Rudolphum Imperatorem factâ, rursum dictæ Societati, resignatam, restitutamque esse volumus & declaramus, authoritateque Nostra Regia, denuo Societati Collegioque ejusdem Tyrnaviensi applicamus, damus, donamus & confirmamus, jure perpetuo & irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter & habendam pleno jure & cum effectu, harum Nostrarum tendentis & authentici Sigilli Nostri, quo ut Rex Hungariæ utimur, munimine roboratarum literarum. Salvo jure alieno. Datum per manus fidelis Nostri Nobis dilecti, Reverendi Georgij Lippay de Zombor, Episcopi Ecclesiæ Agriensis, perpetui Comitis Hevesiensis, Consiliarij Nostri & Aulæ Nostræ, per Regnum Nostrum Hungariæ Cancellarij, in Civitate Nostra Vienna Austriæ, die prima Mensis Maij. Anno Domini millesimo, sexcentesimo, trigesimo septimo. Regnorum Nostrorum Romani primo; Hungariæ & reliquorum undecimo, Bohemiæ verò Anno nono.

Ferdinandus. Georgius Lippay; Episcopus Agriensis.

Laurentius Ferendorff.

EAdem die prima mensis Maij S.C. & Regia Majestas inclytæ Cameræ Posoniensi mandavit absque ulla Clausula, ut Societatem nostam ad integram præposituræ illius administrationem restitueret. Ita enim loquitur.

FERDINANDVS TERTIVS. &c.

Restitutorium Mandatum Regium sine clausula pro societate.

Spectabilis ac Magnifice, nec non Egregij, Fideles, Nobis Dilecti. Posteaquam decedente ex hac vita Fideli Nostro Reverendissimo in Christo patre, Domino Petro S.R.E. Presbytero Cardinale Pazmany, Archi-Episcopo Strigoniense, in cujus manibus & possessione Præpositura conventus Sanctæ Mariæ de Thurocz, in Comitatu Thurocziensi existens habebatur, ad benignam Nostram de eadem præpositura ordinationem & Regiam dispositionem devenerit; Nosque dictam præposituram, juxta prædecessorum nostrorum Regum Hungariæ factas Fundationes, Religiosis Patribus Societatis Iesu, Collegij Tyrnaviensis, rursus assignandam, juribusque suis restituendam velimus, Fidelitates Vestras Clementer requirendas duximus, serio & firmiter mandantes, quatenus debitam rationem inire debeatis, ut delegatis adhoc idoneis ex Camera ista Nostra Personis, dictam præposituram, cum omnibus Bonis, juribus possessionariis, pertinentiis & emolumentorum perceptionibus, ad eandem de jure & ab antiquo spectantibus & percipi solitis, tradere, manibusque eorum, ad rationem Collegij Tyrnaviensis, juxta benignam Nostram, per præsentes declarationem, intimatam resolutionem consignare non omittatur. Peracta executionis modum postmodum perscripturi. Quibus in reliquo,

quo, gratia & benignitate Nostrâ propensi manemus. Datum in Civitate Nostra Vienna die 1. Mensis Maij. Anno Domini 1637.

Ferdinandus,

Georgius Lippay Episcopus *Agriensis.*

Laurentius Ferenczi.

DEmum Inclyta Camera per decretum speciale Generoso Domino Emerico Ordodi S. C. Regiæque Majestatis Cameræ Hungariæ Registratori commissionem dedit, ut in dominium Selliense, atque in præfatam præposituram Thurocziensem Societatis nostræ Patres introduceret, atque installaret, adeoque ad dominium Selliense atque ad administrationem actualem d. præposituræ Thurocziensis restitueret; prout etiam idem D. Emericus nostros Patres in d. loca introduxit, installavit, quemadmodum ex ejusdem Commissionis executæ relatione videre est, quæ ita se habet.

Illustrissime Domine Comes, Et Generosi Domini, Domini & patroni gratiosissimi.

Servitiorum meorum humilium perpetuam subiectionem.

Vigore Decreti inclyti Consistorii die septima præsentis Maij, in negotio installationis Reverendorum Patrum Societatis IESV, Collegij Academici Tyrnaviensis, ad præposituram B. M. V. de Thurocz, mihi assignati, statim illa die, cum dictæ Societatis ad id designatis Patribus, Tyrnaviam usque iter aggressi fuimus, ubi continuis tribus diebus, propter certa quædam impedimenta, moram traxisse debuimus. Quarto postea die, cum Adm. Reverendis Patribus, Dominis Georgio Forro, præfatæ Societatis IESV Collegij Academici Tyrnaviensis Magnifico Rectore, altero Georgio Dobronoki, præterea moderno Patre Rectore Collegij Posoniensis: P. Nicolao VVesseleni, & uno adhuc alio prælibatæ Societatis Coadjutore, Selliam versus profecti fuimus, ubi in itinere circiter uno & medio milliari ab oppido Sellia obvios habuimus equites numero duodecim, benè armis instructos, ex Libertinis scilicet prædicti oppidi Selliæ, qui aggratulabundi, porrectis dextris, Nos honorificè salutarunt, nobisq; se conjungentes, currus nostros immediatè præcedendo, unà perrexerunt; postea in distantia medij milliaris à dicto oppido, centum pedites armatos, cum duobus vexillis bellicis & tympano binos & binos in occursum nobis venientes conspeximus, qui nostros currus parte ex utraque illo peditatu cingentes, unaque nobiscum, cum alterna scloporum explosione gradientes, ad sapè fatum oppidum Selliæ, horâ circiter duodecimâ meridiana devenerunt: ibi etiam Seniores tam illius oppidi, quàm aliarum trium possessionum, ad Dominium Selliense pertinentium, judices & jurati circiter centum & quinquaginta, in bono ordine constituti, nos satis honestè exceperunt: in quorum omnium præsentia ego, in

Area Curiæ illius Sellienſis, nomine ſuæ Majeſtatis, prætitulatos Reverendos Patres, dicti Collegij Tyrnavienſis, in Dominium illud Sellienſe, pertinentiasq; ejusdem omnes introduxi, & inſtallavi, ipſisq; de facto tam prætactum oppidum, quã tres poſſeſſiones, illuc de jure & ab antiquo ſpectantes, unà cum cunctis eorum pertinentiis, & utilitatibus per manus tradidi & aſſignavi. Illâ poſthac die & ſequenti, propter ordinationem rerum aliquarum illius Dominij, nos ibidem oportuit commorari: die tamen ſubſequenti, Thuroczium verſus, iter noſtrum acceleravimus, ac tãdem decimâ quartâ præſentis Maij ad Clauſtrum oppidi Varallya, nocte intẽpeſtâ horâ circiter decimâ, benè fatigati devenimus, ubi die ſtatim altera, ſcilicet 15. Maij Iudices cum Iuratis, tam oppidi Varallya, quam aliarum circumjacentium poſſeſſionum convocatos habui, quorum in præſentia in Area Clauſtri prætacti, Arcem Znio cum omnibus ejus pertinentiis ab antiquo ad præpoſituram Beatæ Mariæ Virginis de Thuroz ſpectantibus & pertinere debentibus, prælibatis Reverendis Patrib. Collegij Tyrnavienſis jam dicti, nomine ſuæ Majeſtatis tradidi & aſſignavi, ipſosq; in reale Dominium illius præpoſituræ, nullo penitus contradicente, introduxi & inſtallavi. His itaq; rebus taliter peractis duabus diebus illic ſubſtitimus, & tantiſper quievimus. Die demum 17. præſentis Maij cum Reverendis Patribus Georgio Dobronoky, & altero Domino Rectore Collegij Poſonienſis (& reliquis in prætacto clauſtro oppidi Warallya remanentibus) Poſonium verſus iter noſtrum direximus: unde quatuor diebus in itinere conſtituti, tandem die 20. Maij, per Dei gratiam huc domum appulimus. Et hæc ſunt, quæ breviter, ex commiſſione Inſtallationis, ad præpoſituram Thurocienſem, Reverendos Patres Societatis IESV Collegij Tyrnavienſis tenore decreti Cameralis, Illuſtriſſimæ ac Generoſis Dominationibus veſtris mihi referenda fuerunt: quarum in reliquo, favori ac benevolentiæ, me obnixè devoveo.

Illuſtriſs. & Gener: Dominationum Veſtrarum,

Servitor obſequentiſſimus Emericus Ordodi.

EX hactenus allatis, & deductis patet, quod minus ferventium in fide Catholica ſit, Uniones & aſſociationes bonorum Eccleſiaſticorum vacantium, & Monaſteriorum conventibus deſtitutorum Societati factas impugnare; ferventium autem Catholicorum & ſalutis patriæ, proximiq; amantium, eas pro viribus tueri ac propugnare. Videat F. Romanus, cũ quib. faciat.

CAP. III.

Summi Tribunalis Apoſtolici præjudicia pro monaſteriorum conventibus deſtitutorum ab aliis independentium unione &c. afferuntur, quibus conſilium M. Antonij Eugenij primarij juris Canonici Profeſſoris Peruſini ſubijcitur.

Commentum Hajanum.

F. Romanus *in præfatione ſua ſub num.* 8 *pag.* 11. tradit, nos Ordini ſuo ſibiq; litem primò moviſſe, ac proinde fingit, ſe *Rei defendentis* partes ſuſtinere, *ibid. & in Confinibus, ſub tit, Fuci n.* 7. *pag.* 427. 428. qui onere probationis ſit liberatur,

beratus; interim probris, quæ per modum defensionis & exceptionis, objicere se dicit, *contra l. quisquis C. de postulando*, certaturus.

Verùm fronti ocream ac tibiæ galeam applicat F. Romanus: longè aliter res se habet. Siquidem ex edita disceptatione seu quæstione, *utrum bona Ecclesiastica & Monasteria, maximè nuper ex hæreticorum manibus erepta, & victricibus Imperatoris armis recuperata, ad alias familias transferri, an potius antiquis Ordinibus, eorum quondam possessoribus, restitui possint & verò debeant?* notorium est, ipsos Benedictinos, unà cum alijs quibusdam Religiosis primas jactasse hastas, ac primos Societati nostræ litem tanquam *Diffamatores* movisse, quando An. 1630. & 1631. jus suum in Monasterijs quibusdam emortuis, conventu destitutis, & quondam per Acatholicos occupatis Societati nostræ Authoritate Apostolicâ canonicè unitis, quæ ab alijs Monasterijs tamquam membra proprietatis non dependebant, quà voce, quà calamo jactarunt, molestaturosq; se sparserũt. Unde Societas nostra diffamata tandẽ *An.* 1639. pro Canonicæ Monasteriorũ translationis & unionis, suiq; honoris & existimationis defensione compulsa fuit. *ex l. diffamari. C. de ingen. manum:* à Smo. D. N. Urbano Papa VIII. super jactationibus ejusmodi impetrare Commissionem Apostolicam, quę nominatim in causa quorundam Monasteriorũ Comitatus Nassovici primùm contra Præmonstratenses Emo. D. *Hieronymo Verospio* S.R.E. Cardinali, tunc Rotę Auditori, & hujus causæ ponẽti *An.* 1638. mense Septembri data est, adeoq; Societas nostra diffamata *Rea* partes sustinuit; eò quod inspecta *Originali causa diffamationis* Religiosorum *(quæ potius attendenda venit, quàm accidentalis provocationis ad officiũ judicis)* Societas nostra fuerit potius per Religiosos diffamata, itaq; Rea constituta Secundum Gail. 1. *obs.* 9. *n.* 7. *& ibidem in conclus. pract. Greve. n.* 3. ex recepta sententia tam in *Camerali* judicio Mynsing. 6. *obs.* 9. *n.* 3. *per tot.* quàm in Senatu *Pedemontano* secundum Cacheranum *decis.* 151. *n.* 3. Item *Neapolitano* secundùm Anton. Capirium *Neapol. decis.* 18. *per tot.* Præmonstratenses verò diffamando Societatẽ fuerint Actores necessariò constituti (cum diffamare sit ad judicium provocare) ideoq; ipsi Præmonstratenses coram Emo. Verospio Cardinali, tunc Rotæ Auditore, jus suum Actione institutâ introducere habuerint, Et licet mense Martio 1639. causam à S. Rota Rom. tentarint avocare, ut ea ad partes remitteretur, recurrendo ad signaturam Iustitiæ proponente, R. D. P. Reccadoro, uti ex ejus Cõmissione apparet: veruntamen nihil obtinuerũt ex rationib. ibidẽ adductis, quod nimirũ de interpretatione literarũ Apostolicarũ expeditarũ in formâ Brevis, & quidẽ inter exemptos immediatè Sedi Apostolicæ subjectos, ageretur. Unde tandẽ Præmonstrãses actionẽ in S. Rotæ Romanæ judiciũ introducere debuerunt, quod ubi à Religiosis *Cistertiensib.* rescitum, ipsi quoq; diffamatores mense majo ejusdẽ An. 1639. per procuratorem suum *Gerardũ Meis* obtinuerunt admitti ad causam cum solita clausula *Constito de ipsorum interesse*, atq; in vim Cõmissionis literas cõpulsorias cum inhibitione obtinuerũt, quas huc Coloniã ad partes remissas eodẽ an. Adm. Reverẽdo D.

Refellitur.

Monachi primò litem movisse ostenduntur.

Ex l. diffamari C. de Ingen. manum.

Præmonstratenses.

Narratio Processus.

Cistertienses.

Clausula, Cõstito de ipsorum interesse

Laurentio Staden l. V. L. SS. Apostolorum Decano præsentarunt, ut vigore earundem literaria documenta ad rem facientia edi compellerentur. Tandem mense Februario subsequentis anni 1640. *Benedictini* simul Diffamatores in signatura Iustitiæ, proponente R.P.D. Isaaco cum eadem clausula, *Constito de interesse*, ad causam ut admitterentur, per d. Procuratorem Gerardum Meis obtinuerunt. Uti ex Commissione per ipsos impetrata patet, in cujus vim compulsoriæ similiter fuerunt expeditæ. At ubi priores Compulsoriæ pro Præmonstratensibus & Cistertiensibus in hisce partibus fuerunt Societati intimatæ, mox exceptum est, compulsoriarum clausulam, *Constito de interesse* ordinis Præmonstratensis & Cistertiensis, non esse verificatam, eam prius justificandam, quàm in jurium edendorum compulsione procederetur, eò quod ista clausula conditionem involveret. per not. Barbos. *de clausul usu freq. clauf. constito.* 25. Rot. *decis.* 40. *num.* 1. *part.* 1. *in Recentior. per l. Lucius* 83 *& ibi not ff. d. condit. & demonst.* Alexand. *in l. Imperator sub num.* 4. *& 5. ff. de leg.* 1. Dec. *in Rubr. de probat. num.* 153. Cujusmodi ante omnia sit purificanda, quâ non purificatâ, si procederetur, processus foret *nullus* Barb. *d. l. n.* 4 *per not. glo. fin. in c. cum plures de off. delegat. in 6.* Socin. *consil.* 99. *num.* 10. *lib.* 3. Paris. *cons.* 41. *num.* 14. *& cons.* 94. *num.* 5. *&* 8. *lib.* 4. Vant. *de null. ex defectu juris delegat. num.* 925. Verall. *decis.* 150. *num.* 5. *part.* 1. Iustificari verò eam, si causæ cognitio præcesserit. Gratian. *discept. forens. cap.* 961. *num.* 9. Barbos. *d loc. num.* 5. & veris concludentibusque probationibus, non verò nudis præsumptionibus nitatur. Aloys. Ricc. *collect.* 1675. Nicol. Garc. *de benef part.* 6. *cap.* 2. *num.* 38. *& cap* 3 *num.* 64. Rot. Rom. *decis.* 432. *nu.* 1. *part.* 2. *in Recentior.* Barbos. *d. loc. num.* 6. nisi eæ sint præsumptiones juris Barbos. *d. loc.* Rot. Rom. *decis.* 796. *num.* 4 *part.* 2. *in Recentior.* Beltram. *in annot. ad decis.* 53. *Gregorij XV.* In casu autem præsenti ante compulsorias decretas, nec præcesserit causæ cognitio, nec veræ & concludentes rationes, imò ne præsumptiones quidem juris fuerint allatæ. Cum de ijs nihil apud acta constet, prout tamen constare deberet, si eæ apud ista acta intervenissent, Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 44 *n.* 10. 11. 20.

Clausula, Constito &c. quæ vis.

Quâ in exceptione, cum anno integro & amplius laboraretur; tandem ex parte Ordinis S. Benedicti & Cistertiensis in Rot. Rom. proposito dubio, *An in compulsione jurium edendorum procedendum vel supersedendum sit*, Domini de Rota deciderunt, in compulsione jurium edendorum procedendum esse: vel quia Procurator Romanus causam instruens non sufficienter distinxerit, inter propositionem *conditionalem*, qualis erat illa commissionis Apostolicæ, & propositionem *causalem*, cujusmodi à plurib. apprehendebatur, quod compulsoriæ essent decretæ, ut constaret, seu posset constare de jure DD. Religiosorum, quæ tamen in decisione Apostolica non continebatur, & à priori omninò erat distinguenda. per not Wesemb. *ff. de condit. & demonst. & causis & mod. num.* 7. 8. 9. vel quia Domini de Rota de stylo Curiæ solent

Dub. 1. An in Compulsione edendorum juriū sit procedendum? Domini de Rota respōderunt esse procedendum.

lent compulsorias generales ante omnem citationem & cognitionem non obstante partis adversæ contradictione aut protestatione decernere. Rot. Rom. *decis. 42. al. 47 de probat. in antiq.* Vestr. *in prax. lib. 6. c. 1. n. 12.* Cum illæ magis causæ expediant, eò quod ex juribus vigore compulsorialium extractis quispiam videre, ac melius deliberare possit, utrum cedere vel contendere sibi expediat. Pute. *lib. 1. decis.* 362. Continuatis igitur compulsoriis, edita sunt per compulsum varia jura, quibus itidem Romam transmissis, examinatisque *dubium aliud* in S. Rotæ Rom. judicio propositum fuit (*utrum ex editis juribus constaret de jure & interesse Pramõstratensium*) Quod quidem Religiosi alii affirmarunt: at Societatis nostræ Advocatus negavit, fundans se in non jure Adversariorum, eo quod ipsi nullo Canonico titulo, quo jus acquiritur, gauderent, nec jura ab iis producta aliquam Dominii acquisitionem probarent: imò ex ipsis juribus Adversariorum contrarium potius colligeretur, unde ex vulgata Regula *in l. qui accusare. C. de eden.* actore non probante Reus veniret absolvendus. Nostri autem ex Societate tanquam diffamati essent rei ac possessores, juxta *d. l. diffamari C. de ing. manum.* & ibi Blarer. *c. 2. n. 2.* Ideoque nostri excluderent prætensum jus adversariorum jactatum quidem, sed non probatũ *d. l. qui accusare* Rot. Rom. *decis. 2. al. 55. ut lite pend. & decis. 1. 3. & 4. de re jud. in nov.* Quod fundamentum sacræ Rotæ Rom. Auditores *decisione sua* 29. *Maii* 1641. approbarunt ac canonizarunt, itáque contra Religiosos actores pronunciarunt. Prout ex sequenti decisione Rotali videre est.

Dub 2. utrum de jure Monachorum in Monasteria convẽtibus destituta constaret.

Dni de Rota Responderũt, non constare.

DECISIO S. ROTAE ROM. CORAM R. P. D. VEROSPIO in causa Trever. unionis Mercurii 29. Maii Anno 1641. juxta exemplar Romæ ex Typographia Rev. Cam. Apost. MDCXLI. Superiorum permissu, impressum.

POstquam Catholicæ Religionis cultus restitutus fuit in ea parte Inferioris Germaniæ, quæ subest jurisdictioni *Ioannis Aloisy Comitis Nassoviensis*; fuit ejusdem precibus Apostolica Auctoritate erectum Collegium Patrum *Societatis Iesu* unà cum Seminario puerorum, quibus ab eadem sede Apostolica unita fuerunt diversa Monasteria existentia in eadem regione, quæ occupaverant Hæretici. Inter alia Monasteria sic unita, unum fuit Monasterium *Beselicense*, quod cum Patres Ordinis Præmonstratensis ad se spectare contenderent, proposui hodie dubium, *an constaret de illorum jure*. Et Domini *negativè* Responderunt. Hoc enim Monasterium erat cænobium sacratum virginum, à quo coactæ fuerunt abire Sanctimoniales, quæ in illo erant, propter invasionem Hæreticorum. Unde illius bona transierunt in potestatem Romanæ Ecclesiæ, & sub administratione Summi Pontificis, qui dum Dei vices retinet, censentur illi à principio donata fuisse omnia bona, quæ aut ex-

Dubium Resolvitur. Ratio.

 muni-

munificentia principum virorum, aut aliorum pietate, concessa fuerunt alicui Ecclesiæ, ut notabiliter voluit Geminian. *in c. unico, § confirmatos. de Religios. domib. lib. 6. in 5. notabili* quem secutus fuit Ripa *in l. quo minus n. 107. ff. de fluminibus.* Felin *in c. cum dilecta. n. 22 de Rescript.* & notavit glos. *in leg. sicut §. in Decurionibus ff. quod cujusque universit. nomin. in verb. nomen* Ange'. *super eadem l. §. si quid, n. 3.* Bald. *in l. hereditas n. 8. ff. de hared. instituend.* ubi hoc dicit procedere etiam in legato, aut fidei commisso relicto Monasterio, quod tempore conditionis secutæ extinctum sit.

Objectioni. 1. Et licet non sit locus huic juri, favore Romanæ Ecclesiæ, si Monasterium, quod dirutum fuit, subesset alteri Monasterio, tanquam illius membrum, ut dicebatur esse Monasterium *Beselicense*, quod dicebatur primò fundatum à quodam sacerdote, nomine Godefrido, ab eo postea donatū fuisset Abbatiæ Arnsteinensi ejusdem Ordinis Præmonstratensis: Cum tali casu administratio bonorum illius Monasterii non devoluatur ad Romanam Ecclesiam, sed vel ad Monasterium, in quo transierunt Monachi, qui antea habitabant in Monasterio extincto, ut tradit Joannes Andreæ *in c. recolentes de stat. Monachorum in fin.* Petr. de Perus. *de permutat. stat. Ecclesiæ c. 22. n. 1.* Rodriq. *quæst. regular. tom. 3 quæst. 5. art. 4. & art 6.* vel etiam ad Superiorem Religionis aut Collegii, quatenus ejus Religiosi non possunt retinere bona in particulari, ut notat Abbas *in d. c. recolentes n. 3. de stat. Monachorum* Felin. *in d. c. cum dilecta n. 21. de rescript.* Bart. *in l. ultim. ff. de Colleg. illic. n. 22.* & tradit Sanchez *super prac.*

Respondetur. *Decalog. lib. 7. c. 32. n. 59.* Tamen non probatum fuit, quod hoc Monasterium subesset eidem Abbatiæ; quia propter præsumptionem, quæ sequebatur ex qualitate ejusdem Monasterii; Cum illud tamquam dicatum custodiæ sacrarum virginum, non posset esse unitum cum Monasterio Monachorum, fit, ut

Ratio. quodlibet eorum constituere deberet Collegium diversum, *ut notatur in cā. diffinimus. & in can. in nullo loco* 18 *quæst* 2. & eorum auctoritate tradit Abb. *in dicto cap. recolentes n. 3. de statu Monach.* Felin. *in dict. cap. cum dilecta n. 21. de re-*

Confirm. *script.* Præterea confirmabatur præsumptio ex particulari instituto hujus Religionis, in qua secundum antiquas illius constitutiones, omnes Religiosi profiteri debebant Regulam in certo Monasterio, cui se offerebant, cum solemni voto servandi in eo perpetuam stabilitatem; quod etiam adduci poterat ad probationem, ut inter Monasteria hujus Ordinis non intercederet aliqua conjunctio, sed quodlibet eorum constitueret corpus diversum ac distinctum ab alio. Et idem probatum fuit *ex literis Reformationis* concessis eidem Religioni à Gregorio XV. in quibus derogatum fuit voto stabilitatis: & indultum Monachis, qui Reformationem amplecti volebant, ut possent transire ad Monasteria Reformata, inter quæ sola debebat esse communio omnium rerum, ita ut Monachi unius Monasterii non possent dici professi magis in uno, quàm in alio; ex quibus literis omnino probabatur, qualis esset status antecedens hujus Religionis super communione Monasteriorum *ar-*

gum.

gum.text.in l.quæsitum §.*denique.ff.de fund. instruct.& in l. nam quod liquidè §. ultim.ff.de pecu.legat.*

Neque *obstare* visum fuit, quod ex Constitutionibus ejusdem Ordinis confirmatis ab Innocentio Quarto concedebatur Abbatibus Ordinis *administratio bonorum* Monasterii, in quo essent Moniales; quia non ideo dici poterat, quod concessa illis fuisset etiam *proprietas* eorundem bonorum, quæ possidebantur ab eodem Monasterio: Cum tam in eis cōstitutionibus, quàm in illarum confirmatione solum tradita fuisset ipsis *administratio* respectu eorundem bonorum, & regimen respectu cultus, ac profectus vitæ spiritualis; ex quibus non sequebatur, ut Monasteria Monialium dependere deberent tanquam membra, vel aliâ ratione essent unita Monasteriis Abbatum, quorum Regimini commissa erant; cum Monachi, qui ab illis præfici debuissent curæ Monialium, censeri deberent esse tanquam earum famuli, & servitores in divinis juxta terminos *text. in ca. in decima actione*, 18. *quæst.* 2. & tradit Abbas *cons.* 8. *col.* 8. *in Responsione ad* 2. *argumentum*. Franc. Mar. *decis.* 943. *n.* 11. *Object.* 2. *Respondetur.*

Et ita, &c.

Hactenus decisio lauro dignissima, à qua cum non sit provocatum, quin etsi ab ea provocatum esset, tamen provocatio, postquam deserta, facit, ut ipsa sententia & decisio transierit in rem judicatam *l. quod ad consultationem* 15. *de senten. & re jud.* atque ut talis, fuit ipsa *Anno* 1644. 20. *Iun.* in Spirensi Monasterio coram Adm. R. D. P. *Otthobono* allegata.

Nihilominus cum in suprad. decisione *ad cessionem & translationem bonorum Monasterii in potestatem & favorem Ecclesiæ Romanæ*, hæc limitatio & exceptio adderetur, quod illi non esset locus, si Monasterium, quod dirutum fuit, subesset alteri Monasterio, tanquam illius membrum, atque ex parte adversa sustineretur, Monasterium Beselicense fuisse membrum Monasterii Arnsteinensis, quod tamen in d. decisione ex rationibus ibidem deductis reprobabatur; Ideo Præmonstratenses institerunt, ut relicto petitorio in possessorio disputaretur. *3. Dub. propositum S. Rota Rom. à Præmonstratensibus, diu multumq; agitatum.*

An Patribus Præmonstratensibus, & quidem speciatim Ioanni Schnorrenberg sit danda manutenentia in casu circa Monasterium Beselich proposito.

QUod *dubium*, cum diu multumque in S. Rotæ Rom. judicio traheretur, interim aliud *dubium* disputatum fuit, *an Remissoria ad partes danda sit*, & 10. Martii 1642, à S. Rotæ Auditorib⁹ *Resolutū*, non esse dandā Remissoriam. *4. Dub. de Remissoria Resolutū negativè. 5. Dubium.*

Quare resumpto *dubio*, utrum *F. Ioannes Schnorrenberg sit manutenendus in asserta possessione Monasterii Beselicensis*, quod ubi à S. Rot. Rom. 1642. mense Martio decidendum esset, *intercessit* S. C. M^tis^ Orator, quod S. C. M^tas^ concessiones suas auctoritate Apostolica factas nollet disputari, multò minus F. Romani, aliorumque Religiosorum virgulæ censoriæ subdi: postmodum tamen in casu Monasterii Pontis Saluris Diæcesis Spirensis dubium illud in simili à Cistertiensibus resuscitatum, atque pro Societate contra Cistertienses coram R. P. D. Carrillo 1. Jul. 1643. decisum, tum coram R. P. Dno Otthobono 20. *Iun.* confirmatum fuit, ita enim se habet. *Resolu. contra Monachos.*

Decisio

Decisio S. Rotæ Romanæ coram R.P.D. Carrillo in causa Spirensis Monasterii Mercurii. 1. Iulii. 1643.

MAnutentionem esse dandam Collegio Societatis Jesu, Domini Responderunt, quia de ejus possessione in Monasterio *Pontis salutis*, de quo agitur, constat ex confessione ejusdem partis adversæ emissâ, tam in actu per eam adeptæ possessionis, ibi (*ut in omnibus Monasteriis Ordinis in Germania, hactenus illicitè oc upatis vigore* decreti Cæsarei, &c.) quam in commissione causæ, Ibi (*dicti Adversarii*) nempè (*Patres Societatis*, propria auctoritate in possessionem dicti Monasterii Pontis Salutis immissi fuerunt, seu sese intruserunt, &c.) quæ quidem confessio plenè probat contra confitentem *l. cum precum. C. deliber. caus. c. per tuas. de probat.* Rota *coram S. M. Gregorio XV. in dec.* 458. *n.* 3. *& seqq.*

Confessio qualificata quando in totum recipiatur, vel reiiciatur. Non obstat, quod hæc confessio sit *qualificata*, probans quidem possessionem Collegii, sed vitiosam, & ideo debeat vel in totum acceptari, vel in totum impugnari: quia hoc non procedit, quando præsumptio juris est contra confitentem: ut declarat Bart. *in l. Aurelius §. idem quæsiit. n. 4. ff. de liberat. legat.* Is verò, qui fatetur, possessionem alterius esse vitiosam, habet præsumptionem juris contra se: quia possessio de jure præsumitur justa, legitima & non vitiosa. *argum. l. meritò ff. pro soc.* & ita in specie declarat Aymon. *cons.* 140. *n.* 5. hincque Rota vigore similis confessionis passim consuevit concedere manutentionem contra confitentem: *ut in decis.* 535. *n.* 2. *in fin. coram Cavaler. & in decis.* 525. *n.* 2. *part.* 2 *& dec.* 307. *n.* 2. *part.* 1. *Rec.*

Object. Nec est habenda in consideratione *possessio* adepta per partem adversam *Respondetur.* sub die 11. Septembris 1635. tum quia uti *posterior* præsumitur clandestina. Bart. *in l. si duo n.* 4. *vers. si verò testes ff. uti possidetis. c. licet causam. de probat.* Alex. *cons.* 110. *n.* 1. *lib.* 5. Cavaler. *decis.* 2. *n.* 3. tum quia est instrumentalis, quæ alio existente in possessione nullius est momenti. *l. quamvis §. si conductor, cum ibi notatis ff. de acquir. poss.* Cæsar de Grass. *decis.* 5. *n.* 2. *de caus. possess. & propriet.* Rota *coram S. M. Greg. XV. decis.* 138. *n.* 2.

Object. Neque dicatur, quod possessio Collegii sit *posterior*, ut desumi prætendebatur ex decreto Cæsareæ M^tis. emisso de anno 1636. quo mandabatur, Patres Societatis Jesu esse immittendos in possessionem Monasterii controversi: *Respondetur.* quia Patres non utuntur hujusmodi decreto, & contrarium convincitur ex propria confessione partis emissâ de anno 1635. in actu adeptionis possessionis, ut in principio fuit ponderatum, maximè quia præcesserant *Breve Apostolicum*, & mandatum de immittendo in vim. d. Brevis concessi ab Episcopo Argentinæ ad favorem dicti Collegii usque de anno 1623. quorum propterea vigore potuerat idem Collegium possessionem acquisivisse.

Et ita utraque, &c.

Decisio

Decisio verò coram R. P. Dno Otthobono Spirensis Monasterii Lunæ 20. Iunii 1644. ita se habet.

Hodie Domini confirmarunt mandatum de manutenendo concessum anno præterito Venerabili Collegio *Societatis Iesu* Spiren, & approbarũt fundamenta decisionis R. P. D. mei Cattilli in hac causa factæ 1. *Iulii* 1643. Constat enim de anteriori possessione Patrũ Societatis in Monasterio Pontis Salutis non solum ex confessione Patrũ Ordinis Cisterti. in actu adeptæ eorũ posterioris possessiõis & commissionis impetratæ, sed etiam ex attestatiõe Vice-Domini Neostadien. asserentis, Patres Soc. *Anno* 1623. accepisse possessionem dicti Monasterii. Ei vero, qui ostendit anteriorem possessionem, manutentio non est deneganda, Bart. *in l. unic. n.* 8. *v. si vero uterq; probavit. C. uti possid.* Fel. *in c. licet causam n.* 8. *v.* 3. *causa de probat.* Anch. *cons.* 274 *n.* 1. Gregor. *decis.* 9. *n.* 5. Caval. *decis.* 2. *n.* 1. *in Recentior. decis.* 114. *n.* 6. *part* 7.

Nam confessio Ordinis Cisterti. nominantis Collegium *intrusum*, & Commissio, quâ Cistertienses falsi sunt, *Patres Soc. propriâ auctoritate possessionem Monasterii Pontis Salutis accepisse*, probant sufficientem possessionem ad effectum consequendæ manutentionis *ad text in l. cum precum* C. *de liber caus.* Rota *dec.* 801. *n.* 1. *part.* 1. *divers. & dec.* 525. *n.* 2. *part.* 2. *recẽt.* Greg. *decis.* 200. *n.* 3. Duran, *decis.* 21. *n.* 3. Rota enim non denegat manutentionem ei, qui prætenditur spoliatus, ut penes Seraphin. *decis.* 555. *n.* 9. *inter divers. decis.* 50. *n.* 29. & *decis.* 269 *n.* 7 *part.* 2. *in recent. decis.* 661 *n.* 2. *part.* 1. & *coram* Greg d *decis.* 200. *n.* 4. Ideo cum Patres Cisterti. habuerint se pro spoliatis, ex eorũ multiplicatis confessionibus, ipsis nunquã dari potest mandatũ de manutenẽdo, ut dixerũt Faber *in* §. *retinenda n.* 5 *instit. de interdict.* Covar. *pract. quæst. c.* 17. *n.* 3. Modern, *de manut. observ.* 57. *n.* 45. Rota *decis.* 704. *n.* 5 *part.* 1. *recent.* & *eleganter in Hispalen. prahæminentiarum* 16. *Iunii* 1606. *coram Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio*, & plurimum etiam suffragatur dicta attestatio Vice Domini Neostadiẽ. de possessione capta à Patribus Societatis: Cum ad effectum manutentionis sufficiat simplex attestatio extrajudicialis personæ omni Exceptione majoris. Rota *decis.* 323. *n.* 2. *post secundũ vol. consil.* Farinac. & *in impress. apud* Modern. *de manut. decis.* 97. *n* 3. & 4. Unde in hoc casu exuberant probationes; Cum leviora sufficiant in hoc summariissimo judicio. Menoch. *de retinent. remed. ult. n.* 34. Covar. *pract. quæst. c.* 17. *n.* 4. Rota *dec.* 225 *n.* 1. & *decis.* 459. *n.* 3. *part.* 1. & *decis.* 131. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* *Postm.* *Post.*

Neq; facienda est vis super eo, quod Cistertiensium cõfessio sit qualificata, adeo ut non possit desumi possessio Collegii nisi vitiosa, quia ut optimè Respondet Decisio D. mei Cattilli, possessio quælibet præsumitur justa & legitima, & confessio potest acceptari respectu possessionis, rejectâ qualitate vitii, juxta doctrinam Bart. *in l. Aurelius* §. *idem quæsiit n.* 2. *ff. de liber. legat.*, quam passim sequitur Rota. *ut in decis.* 525. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* Gregor. *decis.* 458. *n.* 4. *Object.* *Respondetur.*

Area Curiæ illius Selliensis, nomine suæ Majestatis, prætitulatos Reverendos Patres, dicti Collegij Tyrnaviensis, in Dominium illud Selliense, pertinentiasq; ejusdem omnes introduxi, & installavi, ipsisq; de facto tam prætactum oppidum, quam tres possessiones, illuc de jure & ab antiquo spectantes, una cum cunctis eorum pertinentiis, & utilitatibus, per manus tradidi & assignavi. Illa posthac die & sequenti, propter ordinationem rerum aliquarum illius Dominij, nos ibidem oportuit commorari: die tamen subsequenti, Thuroczium versus, iter nostrum acceleravimus, ac tandem decimâ quartâ præsentis Maij ad Claustrum oppidi Varallya, nocte intempestâ horâ circiter decimâ, bene fatigati devenimus, ubi die statim altera, scilicet 15. Maij Judices cum Juratis, tam oppidi Varallya, quam aliarum circumjacentium possessionum convocatos habui, quorum in præsentia in Area Claustri prætacti, Arcem Znio cum omnibus ejus pertinentiis ab antiquo ad præposituram Beatæ Mariæ Virginis de Thurocz spectantibus & pertinere debentibus, prælibatis Reverendis Patrib. Collegij Tyrnaviensis jam dicti, nomine suæ Majestatis tradidi & assignavi, ipsosq; in reale Dominium illius præposituræ, nullo penitus contradicente, introduxi & installavi. His itaq; rebus taliter peractis duabus diebus illic substitimus, & tantisper quievimus. Die demum 17. præsentis Maij cum Reverendis Patribus Georgio Dobronoky, & altero Domino Rectore Collegij Posoniensis (& reliquis in prætacto claustro oppidi Warallya remanentibus) Posonium versus iter nostrum direximus: unde quatuor diebus in itinere constituti, tandem die 20. Maij, per Dei gratiam huc domum appulimus. Et hæc sunt, quæ breviter, ex commissione Installationis, ad præposituram Thurocziensem, Reverendos Patres Societatis IESV Collegij Tyrnaviensis tenore decreti Cameralis, Illustrissimæ ac Generosis Dominationibus vestris mihi referenda fuerunt: quarum in reliquo, favori ac benevolentiæ, me obnixè devoveo.

Illustrifs. & Gener: Dominationum Vestrarum,

Servitor obsequentissimus Emericus Ordodi.

EX hactenus allatis, & deductis patet, quod minus ferventium in fide Catholica sit, Uniones & associationes bonorum Ecclesiasticorum vacantium, & Monasteriorum conventibus destitutorum Societati factas impugnare; ferventium autem Catholicorum & salutis patriæ, proximiq; amantium, eas pro viribus tueri ac propugnare. Videat F. Romanus, cũ quib. faciat.

CAP. III.

Summi Tribunalis Apostolici præjudicia pro monasteriorum conventibus destitutorum ab aliis independentium unione &c. afferuntur, quibus consilium M. Antonij Eugenij primarij juris Canonici Professoris Perusini subjicitur.

Commentum Hajanum. F. Romanus *in præfatione sua sub num.* 8 *pag.* 11. tradit, nos Ordini suo sibiq; *litem primò* movisse, ac proinde fingit, se *Rei defendentis* partes sustinere, *ibid. & in Confinibus, sub tit. Fuci n.* 7. *pag.* 427. 428. qui onere probationis sit liberatur,

beratus; interim probris, quæ per modum defensionis & exceptionis, objicere se dicit, *contra l. quisquis C. de postulando*, certaturus.

Verùm fronti ocream ac tibiæ galeam applicat F. Romanus: longè aliter res se habet. Siquidem ex edita disceptatione seu quæstione, *utrum bona Ecclesiastica & Monasteria, maximè nuper ex hæreticorum manibus erepta, & victricibus Imperatoris armis recuperata, ad alias familias transferri, an potius antiquis Ordinibus, eorum quondam possessoribus, restitui possint & verò debeant?* notorium est, ipsos Benedictinos, unà cum alijs quibusdam Religiosis primas jactasse hastas, ac primos Societati nostræ litem tanquam *Diffamatores* movisse, quando An. 1630. & 1631. jus suum in Monasterijs quibusdam emortuis, conventu destitutis, & quondam per Acatholicos occupatis Societati nostræ Authoritate Apostolicâ canonicè unitis, quæ ab alijs Monasterijs tamquam membra proprietatis non dependebant, quà voce, quà calamo jactarunt, molestarutosq; se sparserũt. Unde Societas nostra diffamata tandẽ *An.* 1639. pro Canonicæ Monasteriorũ translationis & unionis, suiq; honoris & existimationis defensione compulsa fuit. *ex l. diffamari. C. de ingen. manum:* à Smo. D. N. Urbano Papa VIII. super jactationibus ejusmodi impetrare Commissionem Apostolicam, quę nominatim in causa quotundam Monasteriorũ Comitatus Nassovici primùm contra Præmonstratenses Emo. D. *Hieronymo Verospio* S.R.E. Cardinali, tunc Rotę Auditori, & hujus causæ ponẽti *An.* 1638. mense Septembri data est, adeoq; Societas nostra diffamata *Rea* partes sustinuit; eò quod inspecta *Originali causa diffamationis* Religiosorum *(quæ potius attendenda venit, quàm accidentalis provocationis ad officiũ judicis)* Societas nostra fuerit potius per Religiosos diffamata, itaq; Rea constituta Secundum Gail. 1. *obs.* 9. *n.* 7. *& ibidem in conclus. pract. Greve. n.* 3. ex recepta sententia tam in *Camerali* judicio Mynsing. 6. *obs.* 9. *n.* 3 *per tot.* quàm in Senatu *Pedemontano* secundum Cacheranum *decis.* 151. *n.* 3. Item *Neapolitano* secundùm Anton. Capitium *Neapol. decis.* 18. *per tot.* Præmonstratenses verò diffamando Societatẽ fuerint Actores necessariò constituti (cum diffamare sit ad judicium provocare) ideoq; ipsi Præmonstratenses coram Emo. Verospio Cardinali, tunc Rotæ Auditore, jus suum Actione institutâ introducere habuerint, Et licet mense Martio 1639. causam à S. Rota Rom. tentarint avocare, ut ea ad partes remitteretur, recurrendo ad signaturam Iustitiæ proponente, R.D.P. Reccadoro, uti ex ejus Cõmissione appatet: veruntamen nihil obtinuerũt ex rationib. ibidẽ adductis, quod nimirũ de interpretatione literarũ Apostolicarũ expeditarũ in formâ Brevis, & quidẽ inter exemptos immediatè Sedi Apostolicæ subjectos, ageretur. Unde tandẽ Præmonstrãtes actionẽ in S. Rotæ Romanæ judiciũ introducere debuerunt, quod ubi à Religiosis *Cistertiensib.* rescitum, ipsi quoq; diffamatores mense majo ejusdẽ An. 1639. per procuratorem suum *Gerardũ Meis* obtinuerunt admitti ad causam cum solita clausula *Constito de ipsorum interesse*, atq; in vim Cõmissionis literas cõpulsorias cum inhibitione obtinuerũt, quas huc Coloniã ad partes remissas eodẽ an. Adm, Reverẽdo D.

Refellitur.

Monachi primò litem movisse ostenduntur.

Ex l. diffamari C. de Ingen. manum.

Præmonstratenses.

Narratio Processus.

Cistertienses.

Clausula, Cõstito de ipsorum interesse.

Laurentio Staden I. V. L. SS. Apostolorum Decano præsentarunt, ut vigore earundem literaria documenta ad rem facientia edi compellerentur. Tandem mense Februario subsequentis anni 1640. *Benedictini* simul Diffamatores in signatura Iustitiæ, proponente R.P.D. Isaaco cum eadem clausula, *Constito de interesse*, ad causam ut admitterentur, per d. Procuratorem Gerardum Meis obtinuerunt. Uti ex Commissione per ipsos impetrata patet, in cujus vim compulsoriæ similiter fuerunt expeditæ. At ubi priores Compulsoriæ pro Præmonstratensibus & Cistertiensibus in hisce partibus fuerunt Societati intimaræ, mox exceptum est, compulsoriarum clausulam, *Constito de interesse* ordinis Præmonstratensis & Cistertiensis, non esse verificatam, eam prius justificandam, quàm in jurium edendorum compulsione procederetur, eò quod ista clausula conditionem involveret. per not. Barbos. *de clausul usu freq. clauf. constito.* 25. Rot. *decis.* 40. *num.* 1. *part.* 1. *in Recentior. per l. Lucius* 83 *& ibi not ff. d. condit. & demonst.* Alexand. *in l. Imperator. sub num.* 4. *& 5. ff. de leg.* 1. Dec. *in Rubr. de probat. num.* 153. Cujusmodi ante omnia sit purificanda, quâ non purificatâ, si procederetur, processus foret *nullus* Barb. *d. l. n.* 4. *per not. glo. fin. in c. cum plures de off. delegat. in* 6. Socin. *consil.* 99. *num.* 10. *lib.* 3. Paris. *cons.* 41. *num.* 14. *& cons.* 94. *num.* 5. *&* 8 *lib.* 4. Vant. *de null. ex defectu juris delegat, num.* 925. Verall. *decis.* 150. *num.* 5. *part.* 1. Iustificari verò eam, si causæ cognitio præcesserit. Gratian. *discept. forens. cap.* 961, *num.* 9. Barbos. *d loc. num.* 5. & veris concludentibusque probationibus, non verò nudis præsumptionibus nitatur. Aloys. Ricc. *collect.* 1675. Nicol. Garc. *de benef part.* 6. *cap.* 2, *num.* 38. *& cap* 3 *num.* 64. Rot. Rom. *decis.* 432. *nu.* 1. *part.* 2. *in Recentior.* Barbos *d. loc. num.* 6. nisi eæ sint præsumptiones juris Barbos. *d. loc.* Rot. Rom. *decis.* 796. *num.* 4 *part.* 2. *in Recentior.* Beltram. *in annot. ad decis.* 53. *Gregorij XV.* In casu autem præsenti ante compulsorias decretas, nec præcesserit causæ cognitio, nec veræ & concludentes rationes, imò ne præsumptiones quidem juris fuerint allatæ. Cum de ijs nihil apud acta constet, prout tamen constare deberet, si eæ apud ista acta intervenissent, Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 44 *n.* 10. 11. 20.

Clausula, Constito &c. qua vis.

Dub. 1. An in Compulsione edendorum juriū sit procedendum? Domini de Rota respōderunt esse procedendum.

Qua in exceptione, cum anno integro & amplius laboraretur; tandem ex parte Ordinis S. Benedicti & Cistertiensis in Rot. Rom. proposito dubio, *An in compulsione jurium edendorum procedendum vel supersedendum sit*, Domini de Rota deciderunt, in compulsione jurium edendorum procedendum esse: vel quia Procurator Romanus causam instruens non sufficienter distinxerit, inter propositionem *conditionalem*, qualis erat illa commissionis Apostolicæ, & propositionem *causalem*, cujusmodi à plurib. apprehendebatur, quod compulsoriæ essent decretæ, ut constaret, seu posset constare de jure DD. Religiosorum, quæ tamen in decisione Apostolica non continebatur, & à priori omninò erat distinguenda. per not Wesenb. *ff. de condit. & demonst. & causis & mod. num.* 7. 8. 9. vel quia Domini de Rota de stylo Curiæ solent

ſent compulſorias generales ante omnem citationem & cognitionem non obſtante partis adverſæ contradictione aut proteſtatione decernere. Rot. Rom. *deciſ.* 42.*al.*47 *de probat.in antiq.* Veſtr. *in prax.lib.6.c.*1.*n.*12. Cum illæ magis cauſæ expediant, eò quod ex juribus vigore compulſorialium extractis quiſpiam videre, ac melius deliberare poſſit, utrum cedere vel contendere ſibi expediat. Pute. *lib.*1.*deciſ.* 362. Continuatis igitur compulſoriis, edita ſunt per compulſum varia jura, quibus itidem Romam tranſmiſſis, examinatisque *dubium aliud* in S. Rotæ Rom. judicio propoſitum fuit (*utrum ex editis juribus conſtaret de jure & intereſſe Pramõſtratenſium*) Quod quidem Religioſi alii affirmarunt: at Societatis noſtræ Advocatus negavit, fundans ſe in non jure Adverſariorum, eo quod ipſi nullo Canonico titulo, quo jus acquiritur, gauderent, nec jura ab iis producta aliquam Dominii acquiſitionem probarent: imò ex ipſis juribus Adverſariorum contrarium potius colligeretur, unde ex vulgata Regula *in l.qui accuſare.C.de eden.* actore non probante Reus veniret abſolvendus. Noſtri autem ex Societate tanquam diffamati eſſent rei ac poſſeſſores, juxta *d.l.diffamari C.de ing.manum.* & ibi Blarer.*c.*2.*n.*2. Ideoque noſtri excluderent prætenſum jus adverſariorum jactatum quidem, ſed non probatū *d.l.qui accuſare* Rot.Rom.*deciſ.*1,*al*,55.*ut lite pend.& deciſ.*1. 3.*&* 4.*de re jud.in nov.* Quod fundamentum ſacræ Rotæ Rom. Auditores *deciſione ſua* 29. *Maii* 1641. approbarunt ac canonizarunt, itáque contra Religioſos actores pronunciarunt. Prout ex ſequenti deciſione Rotali videre eſt.

Dub 2. *utrum de jure Monachorum in Monaſteria concẽſſibus deſtituta conſtaret.*

Dni de Rota Reſponderūt, non conſtare.

DECISIO S. ROTAE ROM. CORAM R. P. D. VEROSPIO in cauſa Trever. unionis Mercurii 29. *Maii Anno* 1641. *juxta exemplar Romæ ex Typographia Rev. Cam. Apoſt. MDCXLI. Superiorum permiſſu, impreſſum.*

POſtquam Catholicæ Religionis cultus reſtitutus fuit in ea parte Inferioris Germaniæ, quæ ſubeſt jurisdictioni *Ioannis Aloiſy Comitis Naſſovienſis*; fuit ejusdem precibus Apoſtolica Auctoritate erectum Collegium Patrum *Societatis Ieſu* unà cum Seminario puerorum, quibus ab eadem ſede Apoſtolica unita fuerunt diverſa Monaſteria exiſtentia in eadem regione, quæ occupaverant Hæretici. Inter alia Monaſteria ſic unita, unum fuit Monaſterium *Beſelicenſe*, quod cum Patres Ordinis Præmonſtratenſis ad ſe ſpectare contenderent, propoſui hodie dubium, *an conſtaret de illorum jure.* Et Domini *negativè* Reſponderunt. Hoc enim Monaſterium erat cænobium ſacratum virginum, à quo coactæ fuerunt abire Sanctimoniales, quæ in illo erant, propter invaſionem Hæreticorum. Unde illius bona tranſierunt in poteſtatem Romanæ Eccleſiæ, & ſub adminiſtratione Summi Pontificis, qui dum Dei vices retinet, cenſentur illi à principio donata fuiſſe omnia bona, quæ aut ex-

Dubium Reſolvitur. Ratio.

munificentia principum virorum, aut aliorum pietate, concessa fuerunt alicui Ecclesiæ, ut notabilter voluit Geminian. *in c. unico, § confirmatos. de Religios. domib. lib. 6. in 5. notabili* quem secutus fuit Ripa *in l. quo minus n. 107. ff. de fluminibus.* Felin *in c. cum dilecta. n. 22. de Rescript.* & notavit glos. *in leg. sicut §. in Decurionibus ff. quod cujusque universit. nomin. in verb. nomen* Ange. *super eadem l. § si quid, n. 3.* Bald. *in l. hæreditas n. 8. ff. de hæred. instituend.* ubi hoc dicit procedere etiam in legato, aut fidei commisso relicto Monasterio, quod tempore conditionis secutæ extinctum sit.

Objectioni. 1. Et licet non sit locus huic juri, favore Romanæ Ecclesiæ, si Monasterium, quod dirutum fuit, subesset alteri Monasterio, tanquam illius membrum, ut dicebatur esse Monasterium *Beselicense*, quod dicebatur primò fundatum à quodam sacerdote, nomine Godefrido, ab eo postea donatũ fuisset Abbatiæ Arnsteinensi ejusdem Ordinis Præmonstratensis: Cum tali casu administratio bonorum illius Monasterii non devoluatur ad Romanam Ecclesiam, sed vel ad Monasterium, in quo transierunt Monachi, qui antea habitabant in Monasterio extincto, ut tradit Joannes Andreæ *in c. recolentes de stat. Monachorum in fin.* Petr. de Perus. *de permutat. stat. Ecclesiæ c. 22. n. 1.* Rodriq. *quæst. regular, tom. 3. quæst. 5. art. 4. & art 6.* vel etiam ad Superiorem Religionis aut Collegii, quatenus ejus Religiosi non possunt retinere bona in particulari, ut notat Abbas *in d. c. recolentes n. 3. de stat. Monachorum* Felin. *in d. c. cum dilecta n. 21. de rescript.* Bart. *in l. ultim. ff. de Colleg. illic. n. 22.* & tradit Sanchez *super prac.*

Respondetur. *Decalog. lib. 7. c. 32. n. 59.* Tamen non probatum fuit, quod hoc Monasterium subesset eidem Abbatiæ; quia propter præsumptionem, quæ sequebatur ex qualitate ejusdem Monasterii; Cum illud tamquam dicatum custodiæ sacrarum virginum, non posset esse unitum cum Monasterio Monachorum, fit, ut

Ratio. quodlibet eorum constituere deberet Collegium diversum, *ut notatur in cā. diffinimus. & in can. in nullo loco* 18 *quæst* 2. & eorum auctoritate tradit Abb. *in dicto cap. recolentes n. 3. de statu Monach.* Felin, *in dict. cap. cum dilecta n. 21. de re-*

Confirm. *script.* Præterea confirmabatur præsumptio ex particulari instituto hujus Religionis, in qua secundum antiquas illius constitutiones, omnes Religiosi profiteri debebant Regulam in certo Monasterio, cui se offerebant, cum solemni voto servandi in eo perpetuam stabilitatem; quod etiam adduci poterat ad probationem, ut inter Monasteria hujus Ordinis non intercederet aliqua conjunctio, sed quodlibet eorum constitueret corpus diversum ac distinctum ab alio. Et idem probatum fuit *ex literis Reformationis* concessis eidem Religioni à Gregorio XV. in quibus derogatum fuit voto stabilitatis: & indultum Monachis, qui Reformationem amplecti volebant, ut possent transire ad Monasteria Reformata, inter quæ sola debebat esse communio omnium rerum, ita ut Monachi unius Monasterii non possent dici professi magis in uno, quàm in alio; ex quibus literis omnino probabatur, qualis esset status antecedens hujus Religionis super communione Monasteriorum *ar-*

gum.

gum, text. in l. quæsitum §. denique. ff. de fund. instruct. & in l. nam quod liquidè §. ultim. ff. de pecu. legat.

Neque *obstare* visum fuit, quod ex Constitutionibus ejusdem Ordinis confirmatis ab Innocentio Quarto concedebatur Abbatibus Ordinis *administratio bonorum* Monasterii, in quo essent Moniales; quia non ideo dici poterat, quod concessa illis fuisset etiam *proprietas* eorundem bonorum, quæ possidebantur ab eodem Monasterio: Cum tam in eis cõstitutionibus, quàm in illarum confirmatione solum tradita fuisset ipsis *administratio* respectu eorundem bonorum, & regimen respectu cultus, ac profectus vitæ spiritualis; ex quibus non sequebatur, ut Monasteria Monialium dependere deberent tanquam membra, vel aliâ ratione essent unita Monasteriis Abbatum, quorum Regimini commissa erant; cum Monachi, qui ab illis præfici debuissent curæ Monialium, censeri deberent esse tanquam earum famuli, & servitores in divinis juxta terminos *text. in ca. in decima actione, 18. quæst 2.* & tradit Abbas *conf. 8. col. 8. in Responsione ad 2. argumentum*, Franc. Mar. *decis. 943. n. 11.* *Object. 2.* *Respondetur.*

Et ita, &c.

Hactenus decisio lauro dignissima, à qua cum non sit provocatum, quin etsi ab ea provocatum esset, tamen provocatio, postquam deserta, facit, ut ipsa sententia & decisio transierit in rem judicatam *l. quod ad consultationem 15. de sentent. & re jud.* atque ut talis, fuit ipsa *Anno* 1644. 20. *Iun.* in Spirensi Monasterio coram Adm. R. D. P. *Otthobono* allegata.

Nihilominus cum in suprad. decisione *ad cessionem & translationem bonorum Monasterii in potestatem & favorem Ecclesiæ Romanæ*, hæc *limitatio* & exceptio adderetur, quod illi non esset locus, si Monasterium, quod dirutum fuit, subesset alteri Monasterio, tanquam illius membrum, atque ex parte adversa sustineretur, Monasterium Beselicense fuisse membrum Monasterii Arnsteinensis, quod tamen in d. decisione ex rationibus ibidem deductis reprobabatur; Ideo Præmonstratenses instituerunt, ut relicto petitorio in possessorio disputaretur. *3. Dub. propositum S. Rotæ Rom. à Præmonstratensibus diu multumq; agitatum.*

An Patribus Præmonstratensibus, & quidem speciatim Ioanni Schnorrenberg sit danda manutenentia in casu circa Monasterium Beselich proposito.

Quod *dubium*, cum diu multumque in S. Rotæ Rom. judicio traheretur, interim aliud *dubium* disputatum fuit, *an Remissoria ad partes danda sit*, & 10. Martii 1642, à S. Rotæ Auditorib⁹ *Resolutũ*, non esse dandã Remissoriam. *4. Dub. de Remissoria Resolutũ negativè.* *5. Dubium.*

Quare resumpto *dubio*, utrum *F. Ioannes Schnorrenberg sit manutenendus in asserta possessione Monasterii Beselicensis*, quod ubi à S. Rot. Rom. 1642. mense Martio decidendum esset, *intercessit* S. C. M^tis. Oratòr, quod S. C. M^tas. concessiones suas auctoritate Apostolica factas nollet disputari, multò minus F. Romani, aliorumque Religiosorum virgulæ censoriæ subdi: postmodum tamen in casu Monasterii Pontis Salutis Diœcesis Spirensis dubium illud in simili à Cistertiensibus resuscitatum, atque pro Societate contra Cistertienses coram R. P. D. Carrillo 1. Jul. 1643. decisum, tum coram R. P. Dno Otthobono 20. *Iun.* confirmatum fuit, ita enim se habet. *Resolu. contra Monachos.*

Decisio

Decisio S. Rotæ Romanæ coram R.P.D. Carrillo in causa Spirensis Monasterii Mercurii. 1. Iulii. 1643.

MAnutentionem esse dandam Collegio Societatis Jesu, Domini Responderunt, quia de ejus possessione in Monasterio *Pontis salutis*, de quo agitur, constat ex confessione ejusdem partis adversæ emissâ, tam in actu per eam adeptæ possessionis, ibi *(ut in omnibus Monasteriis Ordinis in Germania hactenus illicitè occupatis vigore* decreti Cæsarei, &c.) quam in commissione causæ, Ibi (*dicti Adversarii*) nempè (*Patres Societatis* , propria auctoritate in possessionem dicti Monasterii Pontis Salutis immissi fuerunt, seu sese intruserunt, &c.) quæ quidem confessio plenè probat contra confitentem *l. cum precum. C. deliber. caus. c. per tuas. de probat.* Rota *coram S. M. Gregorio XV. in dec.* 458. *n.* 3. *& seqq.*

Confessio qualificata quando in totum recipiatur, vel reiiciatur. Non obstat, quod hæc confessio sit *qualificata*, probans quidem possessionem Collegii, sed vitiosam, & ideo debeat vel in totum acceptari, vel in totum impugnari: quia hoc non procedit, quando præsumptio juris est contra confitentem: ut declarat Bart. *in l. Aurelius §. idem quæsiit. n. 4. ff. de liberat. legat.* Is verò, qui fatetur, possessionem alterius esse vitiosam, habet præsumptionem juris contra se: quia possessio de jure præsumitur justa, legitima & non vitiosa. *argum. l. meritò ff. pro soc.* & ita in specie declarat Aymon. *cons.* 140. *n.* 5. hincque Rota vigore similis confessionis passim consuevit concedere manutentionem contra confitentem: *ut in decis.* 535. *n.* 2. *in fin. coram Cavaler. & in decis.* 525. *n.* 2. *part.* 2 *& dec.* 307. *n.* 2. *part.* 1. *Rec.*

Object. Nec est habenda in consideratione *possessio* adepta per partem adversam *Respondetur.* sub die 11. Septembris 1635. tum quia uti *posterior* præsumitur clandestina. Bart. *in l. si duo n. 4. vers. si verò testes ff. uti possidetis. c. licet causam. de probat.* Alex. *cons.* 110. *n.* 1. *lib.* 5. Cavaler. *decis.* 2. *n.* 3. tum quia est instrumentalis, quæ alio existente in possessione nullius est momenti. *l. quamvis §. si conductor, cum ibi notatis ff. de acquir. poss.* Cæsar de Graff. *decis.* 5. *n.* 2. *de caus. possess. & propriet.* Rota *coram S. M. Greg. XV. decis.* 138. *n.* 2.

Object. Neque dicatur, quod possessio Collegii sit *posterior* , ut desumi prætendebatur ex decreto Cæsareæ M^tis^ emisso de anno 1636. quo mandabatur, Patres Societatis Jesu esse immittendos in possessionem Monasterii controversi: *Respondetur.* quia Patres non utuntur hujusmodi decreto, & contrarium convincitur ex propria confessione partis emissâ de anno 1635. in actu adeptionis possessionis, ut in principio fuit ponderatum, maximè quia præcesserant *Breve Apostolicum*, & mandatum de immittendo in vim. d. Brevis concessi ab Episcopo Argentinæ ad favorem dicti Collegii usque de anno 1623. quorum propterea vigore potuerat idem Collegium possessionem acquisivisse.

Et ita utraque, &c.

Decisio

Decisio verò coram R. P. Dno Otthobono Spirensis Monasterii Lunæ 20. Iunii 1644. ita se habet.

HOdie Domini confirmarunt mandatum de manutenendo concessum anno præterito Venerabili Collegio *Societatis Iesu* Spiren, & approbarũt fundamenta decisionis R. P. D. mei Carrilli in hac causa factæ 1. *Julii* 1643. Constat enim de anteriori possessione Patrũ Societatis in Monasterio Pontis Salutis non solum ex confessione Patrũ Ordinis Cisterti. in actu adeptæ eorũ posterioris possessiõis & commissionis impetratæ, sed etiam ex attestatiõe Vice-Domini Neostadien, asserentis, Patres Soc. *Anno* 1623. accepisse possessionem dicti Monasterii. Ei vero, qui ostendit anteriorem possessionem, manutentio non est deneganda. Bart. *in l. unic. n.* 8. *v. si vero uterq; probavit. C. uti possid.* Fel. *in c. licet causam n.* 8. *v.* 3. *causa de probat.* Anch. *cons.* 274 *n.* 1. Gregor. *decis.* 9. *n.* 5. Caval. *decis.* 2. *n.* 1. *in Recentior. decis.* 114. *n.* 6. *part* 7.

Nam confessio Ordinis Cisterti. nominantis Collegium *intrusum*, & Commissio, quâ Cistertienses fassi sunt, *Patres Soc. propriâ auctoritate possessionem Monasterii Pontis Salutis accepisse*, probant sufficientem possessionem ad effectum consequendæ manutentionis *ad text in l. cum precum C. de liber caus.* Rota *dec.* 802. *n.* 1. *part.* 1. *divers. & dec.* 525. *n.* 2. *part.* 2. *recẽt.* Greg. *decis.* 200. *n.* 3. Duran, *decis.* 21. *n.* 3. Rota enim non denegat manutentionem ei, qui prætenditur spoliatus, ut penes Seraphin. *decis.* 555. *n.* 9. *inter divers. decis.* 50. *n.* 29. *& decis.* 269 *n.* 7 *part.* 2. *in recent. decis.* 661 *n.* 2. *part.* 1. *& coram* Greg d *decis.* 200. *n.* 4. Ideo cum Patres Cisterti. habuerint se pro spoliatis, ex eorũ multiplicatis confessionibus, ipsis nunquã dari potest mandatũ de manutenẽdo, ut dixerũt Faber *in §. retinenda n.* 5. *instit. de interdict.* Covar. *pract. quæst. c.* 17. *n.* 3. Modern. *Postius. de manut. observ.* 57. *n.* 45. Rota *decis.* 704. *n.* 5. *part.* 1. *recent. & eleganter in Hispalen. prahæminentiarum* 16. *Iunii* 1606. *coram Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio*, & plurimum etiam suffragatur dicta attestatio Vice Domini Neostadiẽ. de possessione capta à Patribus Societatis: Cum ad effectum manutentionis sufficiat simplex attestatio extrajudicialis personæ omni Exceptione majoris. Rota *decis.* 323. *n.* 2. *post secundũ vol. consil.* Farinac. *& in impress. apud* Modern. *Post. de manut. decis.* 97. *n* 3. *&* 4. Unde in hoc casu exuberant probationes; Cum leviora sufficiant in hoc sumariissimo judicio, Menoch. *de retinent. remed. ult. n.* 34. Covar. *pract. quæst. c.* 17. *n.* 4. Rota *dec.* 225 *n.* 1. *& decis.* 459. *n.* 3. *part.* 1. *& decis.* 131. *n.* 2. *part.* 2. *recent.*

Neq; facienda est vis super eo, quod Cistertiensium cõfessio sit qualificata, *Object.* adeo ut non possit desumi possessio Collegii nisi vitiosa, quia ut optimè Respondet Decisio D. mei Carrilli, possessio quælibet præsumitur justa & legitima, & confessio potest acceptari respectu possessionis, rejectâ qualitate vitii, *Respondetur.* juxta doctrinam Bart. *in l. Aurelius §. idem quæsiit n.* 2 *ff. de liber. legat.* quam passim sequitur Rota. *ut in decis.* 525. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* Gregor. *decis.* 458. *n.* 4.

& 5. Buratt. *decis.* 270. *n.* 2. & *decis.* 730. *n* 2. Et in hoc casu adest etiam *titulus Apostolicus unionis* hujus Monasterii factæ Collegio per Sanctæ mem. Gregorium *XV. Anno* 1623. & mandatum Serenissimi Archiducis Leopoldi Episcopi Argentinen. Executoris juxta suæ Sanctitatis & Cæsareæ Majestatis consensum, ut *in sum. n.* 2. Unde neque hæc possessio potest dici vitiosa, dum adest *titulus*, qui tamen in hoc summariissimo judicio non requiritur. Rota *dec* 595. *n.* 1. *part.* 1. *divers.* Cassad. *decis.* 4. *n.* 8. *de rest. spoliat.* Seraph. *decis.* 835. *n.* 7. Mantic. *decis.* 385. *n.* 6. & *seq.* Comitol. *decis.* 63. *n.* 2. Non obstat, quod confessio Cistertiensium referri possit ad occupationem Hæreticorum, non autem ad possessionem Collegii, & proinde ex hac possessione tanquam dubia & æquivoca, deduci non possit reprobatio possessionis Societatis, ad notata per Doctores *in cap. cum Ecclesia Sutrina.* ubi præcipue Ripa. *n* 55. *de causa possess. & propriet.* quia cum confessio Cistertiensium emanaverit Anno 1635. quo non aderant in loco Monasterii Hæretici, ut patet ex actis, confessio non potest referri ad Hæreticos, sed ad Collegium, quod cum possederit ab anno 1623. ut visum est, & Anno 1635. Cistertienses fassi fuerint, se non possidere, utique in hoc judicio manutentionis anterior possessio Societatis est attendenda. Batt. *in l. si duo sub n.* 4. *vers. si vero ff. uti possid.* Alex. *cons.* 110. *n.* 1. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 363. *n.* 3. & 4. Gregor. *decis.* 549. *n.* 1. Buratt. *decis.* 159. *n.* 1. Duran. *decis.* 114. *n.* 2.

NB.

Objectio. Respondetur.

NB.

